Odpisy dokumentów z wyd.:
Cod. Dipl. Silesiae t. I

№ I. 1.

In Nomine Sancte et Individue Trinitatis. Nos Laurentius
miseracione divina Wratizlaviensis Episcopus, notum facimus
presentibus et futuris, quod cum communi consensu Capituli
Wratizlaviensis, ad honorem Dei, et ad sustentacionem Sanc-
timonialium ecclesie S. Salvatoris in Ribnich, ad peticionem
reverendi Principis et catholici Domini, Kazimiri, illustris
Ducis de Opol, damus et concedimus ecclesie S. Salvatoris
in Ribnich, decimas villarum in Castellatura de Tessin,
que sunt: Golesouo, Vizla, Yscrichino, Zamaichi, Nageuuzi,
Suenchizi, Suburbium, Zasere, Clechemuse, Radouiza, Punzo,
Beleuisco, Ogrozona, Nouosa, in perpetuum habendas. In
decimis eciam que in novalibus desertorum eiusdem Castel-
lature succrescere poterunt, cum dicti Capituli Wratizla-
viensis consensu, predicte ecclesie S. Salvatoris in Ri-
bnich damus et concedimus medietatem. In ambitu autem
de Cravar, cum duabus villis adiacentibus, Rachov et Li-
chan, duas partes decimarum eidem ecclesie S. Salvato-
ris in Ribnich, cum prefati Capituli consensu da-
mus et concedimus. Decimas vero quas predecessor noster

/.

/ pie memorie Dominus Sirozlaus quondam Wratizlaviensis Episco-
pus, ecclesie Sancte Marie Virginis in Ribnich in ipsius ecclesie
consecratione contulit, cum sepedicti Capituli Wrat. assensu eidem
ecclesie confirmamus. Decimas videlicet ipsius ville Ribnich, Smol-
na, Zalese, Knegnizi, quam ultimam villam recepit ecclesia de
Ribnich ab ecclesia de Sale, in concambium pro villa Gol-
conis. Et ne in liberis decimis quas sepedicte ecclesie S. Sal-
vatoris in Ribnich quidam milites de voluntate propria con-
tulerunt, ipsa ecclesia quoquo modo possit defraudari, ipsas
eidem ecclesie cum supranotato assensu dignum ducimus con-
firmare. Decimas scilicet Vincentii et Pribizlai, Cresani et
Johannis, Gassonis et Alberti, Alexandri et Ztrezonis, Vincen-
tii et fratrum ejus, Suetossii et Michahelis, Eustachii et
Widimiri, Wrtizlai et Grimizlai. Donationes siquidem ipsius
Ducis, quas prenominate ecclesie S. Salvatoris in Ribnich
liberrime contulit, huic nostre donationi ad memoriale
sempiternum dignum duximus interserere, que sunt: ipsum ter-
ritorium de Ribnich, cum Capella et omni iure et iurisdi-
cione et libertate et utilitate, tam castorum quam etiam
omnium aliorum proventuum, que in presenti seu in futu-
ro possunt aut poterunt in eodem territorio succrescere;
villa de Breze, Smolna, Knegnizi, Wroblino et Susela,
cum sua circuitione, Bresini, Scacouizi, Crauar cum suo
ambitu, Rachouo et Lichan, cum plena libertate, Gra-
/

/. dina, et teloneum de Seuor. Ut igitur hec nostra donatio et con=
cessio a nostris successoribus inviolabiliter observetur inposterum,
ipsam presentis pagine attestatione, et tam sigilli nostri, quam et
suprapositi Capituli appensione roborando confirmamus. Actum
in Wrat. in Coro Sancti Johannis, Anno ab Incarnatione Do=
mini M°CC°XX°III°. VIII°. Kalendas Junii, in presentia Victori
decani, Janusii archidiaconi de Zauichost; Canonicorum Wrati=
zlaviensium, Ottonis, Lupi, Alberti, Bizlai, Vrothasii, Fran=
conis, Lambini, Simonis, Johannis, Boguzlai, et aliorum ca=
nonicorum Wratizlaviensium; Comitis Radozlai, Judicis de
Opol, qui in hoc facto nuncius extitit Ducis Kasimiri, et
in presentia multorum aliorum. Supradictis addimus, quod
medietatem novallium in Castellatura de Tessin ecclesie
Sancti Johannis in Wrat. reservamus, et terciam partem
decimarum in Cranar, Rachov, et Lichan. Ecclesie vero
S. Nicholai in Tessin pro cambio quarumdam decimarum
superius dictarum quadraginta urnas mellis assignamus in
Cozli. Hec ultime additiones facte sunt in Smar=
schov eodem anno, VI°. Kal. Junij, coram predictis
testibus.

N: II

3.

In Nomine Domini Amen. Ego Laurencius miseratione diuina Wratizlaviensis episcopus Notum facio presentibus et futuris hanc cartam inspicientibus, quod accedente consensu cano-nicorum meorum dedi ecclesie que est in Scorogostow most, intuitu ospitalis quod ibidem est, decimas harum villarum quarum nomina sunt hec: Neuodnici, Golchouici, Ipsum ter-ritorium quod est unum cum Crostina, et cum Bogu-zlaue, perpetuo iure possidendas. Salva decima decime decani Wratizlaviensis; Salvis etiam decimis ecclesie sancte Crucis in Opol, quas juste petit. Ad cuius rei argumentum hanc cartam clave sigilli nostri robora-tam eidem contuli. Actum in consecratione eiusdem ecclesie ab Incarnatione Domini anno M°CC°XX° III°.

No III.

4.

Gregorius episcopus servus servorum dei, Dilectis in Christo filiabus Monialibus Monasterii de Rebenik Salutem et apo=
stolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit ra=
tionis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum, Eapropter dilecte in Christo filie vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, Monasterium vestrum cum personis domino famulantibus in eodem, nec non cum omnibus bonis que idem Mo=
nasterium impresentiarum iuste ac pacifice possidet, aut in futurum iustis modis prestante domino poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et pre=
sentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis infrin=
gere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nov=
erit incursurum. Datum Lateran. X. Kal. Maij. Ponti=
ficatus nostri anno Primo.

In Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti Amen. Nos Kazimirus dei gracia dux Opoliensis filius ducis Meseconis condam bone memorie, notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod ex instinctu dei pro remedio nostrorum peccaminum, ac salutem animarum nostrorum predecessorum, Claustrum predicti conventus quod antea per dominam Ludimillam pie recordacionis matrem nostram in Rybnik fuerat fundatum, de peticione et consensu sepedicti conventus in Bosidom transferentes, omnes donaciones tam in hereditatibus, quam in libertatibus iam depefarte domui factas, nostras quoque hiis superaddentes de baronum nostrorum consilio confirmavimus. Primum ipsum Rybnik pro Charnowz commutantes, exceptis tabernis et capella cum sorte sua in Palewich que pro suis usibus detinuerunt, Scorogoston Most quoque cum suis omnibus proventibus, Ksennyche, Krauar, Wroblino, Bedrcbouici, Walchi, Groholuba, Straduna, Susela, Brosci, Raduna, Selazna, Dobren, Dzelnicra, Grudina, Lascouici, Ozrsicu, Puncou, Radosewici, Nedobcici, Dzelconem cum suis sortibus et molendino, et Lgotam que vocatur Manec. Istas omnes vil=

/.

las supradictas tam a nobis quam a nostris predecessoribus seu baronibus collatas, placuit nobis de nostra mera liberalitate cum pleno iure nostri dominii perpetua libertate donare, ita quod homines sub iurisdiccione eorum in predictis villis manentes a nemine penitus provocentur vel iudicentur nisi tantum a preposito domus, vel si causa talis fuerit vel excessus, coram ipso duce provocati stare tenebuntur responsuri, ita tamen quod ibi iudicatum fuerit - omnis penalis solucio domui cedet racione iuris dominii. Item excepimus sepe nominatos homines ipsorum ab omni servitute iuris Polonici ut est Stan, Strosa, Pouoz, Prewod qualecumque, Bobrounici, Psare. Ad castra eciam edificanda sive reparanda seu alias municiones construendas ire non tenebuntur. Ab omni quoque expedicione eos absolvimus, excepto eo duntaxat si forte exercitus subitus super terram nostram ocupandam quod absit ingrueret. Ut autem hec nostra donacio per presens scriptum robur obtineat firmitatis, hanc paginam ne ab aliquo quocumque modo posset violari, sigilli nostri munimine eandem fecimus roborari. Subscribentes nomina testium qui nostre huic donacioni et ordinacioni presentes fuerunt, videlicet dominus Sebastianus cancellarius, comites Nachezlawus, Wernerus, Johannes Clementis, Sbrozlawus, Sdezlawus, Jakro, Stredz, Petrus, Laurencius, Gozslawus, Johannes de Rudno, Johannes Sibochic et alii quam plures. Acta autem sunt hec in Opol, anno ab Incarnacione Domini M.° CC.° X.° X.° VIII.

In Nomine Domini Dei Eterni Amen. Ne lapsu temporis gestorum memoria facile tradita oblivioni, res utiles et necessarias valeat corrumpendo infirmare, caute ac provide tam prudentum providencia quam etiam iuris circumspectione, gesta omnia ad perpetuam posterum memoriam scripture noticia perhenniter perpetuari est provisum. Eapropter Nos Henricus dei gracia dux Zlesie et Cracouie presenti documento notum facimus presentibus et futuris, Quod cum tutelam et gubernationem filiorum dilecti fratris nostri ducis Casimiri, Mesconis scilicet et Wlodislaui gerentes, essemus, redeuntes de Cracouia et de colloquio patrui nostri ducis Conradi, in monasterio Doms Dei scilicet Zixe in Ciriniuus constituti, orta coram nobis questione, et super ea etiam dubitatione, de hoc videlicet que possessiones, et que etiam in eisdem possessionibus libertates dicto competerent monasterio, et qua libertate tam in ipsis possessionibus quam alias eiusdem degentes homines monasterii, fruendi ac utendi liberi ab omnibus angariis et perangariis, quibus alij homines terre honerantur, haberent facultatem: Omnibus coram nobis et dilecta nuru nostra relicta ducis Casimiri, filioque ipsius nepote nostro

Mescone convocatis de Opol baronibus, ex omnium veridica assertione ac et testificatione hoc scilicet invenimus, quia cum bone memorie patrua nostra, mater videlicet prefati ducis Casimiri, claustrum in Ribnicy pia devotione sanctimonialium fundasset, ipsi claustro dictum Ribnicy, et in ipso capellam cum tabernis pia liberalitate contulit ac donavit. Addidit etiam eidem claustro seu monasterio donationis titulo et has possessiones i Scorogostou, Reginice, Smolnam, Brese, Caruar autem et Vroblino et Luzonlam cum omnibus ipsorum pertinenciis. Post hec autem cum conventui claustri sive monasterii predicti, mansio in Ribniky eodem displiceret, quia incomoda et incompetens videbatur, de voluntate prefati fratris nostri ducis Casimiri, conventus nominatus cum eodem duce Casimiro Ribniky pro Cirnimus commutavit, ac se in eo sub religioso habitu iure manendi perpetuo collocavit. Cujus conventus inspecta devotione, idem dux Casimirus commutatione prefata solempniter celebrata, pia liberalitate cupiens opera misericordie in omnibus efficaciter adaugere, addidit ei toloneum et capellam in Seuor, cum his pertinentibus villis, Dobren scilicet et Visoka et Varsen, Domina vero ducissa uxor ejusdem ducis Casimiri, eidem claustro medietatem tabernarum in Bitom pie devotionis affectu iure perpetuo condonavit. Nobiles insuper et barones prefati ducis Casimiri ac ducisse uxoris scilicet ipsius provocati

devote liberalitatis exemplo, has villas donaverunt: Delnicam
Gradinam Stefanus, Lascouci , Osriseus . Illud etiam
ex testificatione predictorum nobilium et baronum invenimus, quod
omnes ipsius claustri seu monasterii homines in prefatis eisdem
possessionibus aut villis vel ubicumque manentes, hanc libertatem
ex concessione nominati ducis Casimiri fratris nostri haberent,
quod ad nullas prorsus angarias seu perangarias, nec duci
nec alicui nobili aut castellano tenentur. Ita quod nullus ab
eis iure potest aliquod petere servicium aut aliquam presta-
tionem seu solutionem; quinimmo et si aliquando ad solutionem
ex quocumque contractu, sive etiam ex maleficio eos continge
obligatos condempnari, hanc penam seu solutionem non alius, sed
monasterium sive claustrum Cirnouus scilicet racione dominii
quod in ipsis iure perpetuo vendicat, debet percipere. His igitur
omnibus a prefatis nobilibus et baronibus auditis diligenter
ac etiam fideliter intellectis, ad petitionem omnium fratrum
et sororum in Cirnouus commorancium, propter hoc scilicet
ne aliqua super prenominatis possessionibus, que eis pia li-
beralitate conferencium obvenerunt, in posterum possit ab
aliquibus calumpniatoribus suboriri contencio, et ne etiam ho-
mines in eisdem possessionibus seu alias monasterii eiusdem
nomine degentes, contra privilegium libertatis, ipsis a
fratre nostro sepedicto duce Casimiro prestite, ab aliquo ma-

./.

litiose possint in posterum pregravari, hec omnia ad cautelam et ad memoriam eorum que intervenerunt, presenti inserentes documento, sigilli nostri impressione quod ei manifeste adherere cognoscitur, corroboravimus. Actum in Cirnovcus anno ab Incarnatione Domini M°CC°XXXIIII. Presentibus Discone, Jauorio, Zbroslauo, Warnero castellano de Cosli, Johanne castellano de Bitom, Mistigneuo castellano de , Andrea castellano de , Jaxsa castellano de Seuor, Ceslauo iudice, Johanne tribuno de Opol. Gostislauus etiam tunc interfuit comes de Naroci, et alii quam plures.

No VI. 8.

In Nomine Domini Amen. Nos Henricus dei gracia Dux Zlesie et Cracouie Notum facimus universis, quod pie devotionis affectu, ac etiam eterne vite premia summopere nobis conquirere cupientes, Domui et conventui beate Virginis Marie in Carnouus molendinum superius in Olaua contulimus, ipsius domus et conventus usibus et sempiternum profuturum. Ut autem hec nostra donatio in omnibus post futuris temporibus firmiter stabilita inviolabilis perseveret, presenti eam inserentes documento, sigilli nostri corroboravimus impressione. Actum in Carnouus nobis de Cracouia redeuntibus, anno ab Incarnatione Domini M°. CC°. XXXIIII. Episcopo Thoma Wratislaviensem ecclesiam gubernante.

Nr. VII.

In Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti Amen. Ego Meseco divina miseracione dux de Opol sciens nichil esse cercius morte, nichil incercius hora mortis, volensque diem extremum operibus misericordie prevenire, coram meis baronibus et fratribus predicatoribus et aliis meis familiaribus videlicet comite Nicolao castellano de Cozle, comite Koprechto, comite Laurencio Jarozlao Jacobo Paulo Marchone Nicolao Dirscone Vincencio Marco fratribus predicatoribus, Gothardo notario, Jacobo capellano, Bartholomeo capellano, fecimus scribi meam ultimam voluntatem. In primis igitur ad honorem dei et sancte matris ecclesie, ecclesie sancti Johannis in Wratizlauia confero duas villas Zalese et Slauecici sub tali forma ut in quolibet anniversario pro remedio anime mee meorumque parentum fiat fratribus et pauperibus una refeccio, et candela de anno in annum in ipsa ecclesia comburatur. Ecclesie beate Crucis in Opol confero unam villam que vocatur Strelci in Gola. Item claustro sororum in Rosidom dono villam que Breze nominatur,

./.

/.
domui vero fratrum ordinis predicatorum in Rathibor aput quos elegi sepulturam, confero ad structuram tam ecclesie quam claustri ducentas marcas puri argenti. Item cruciferis de domo Teutonica centum marcas vel hereditatem equipolentem. Quibus conpletis dilecto fratri meo duci Wladizlao committo totam terram si uxor mea prole carebit, salvis et intactis omnibus meis donacionibus seu commutacionibus vel vendicionibus factis hiis qui michi fideliter suum servicium exhibuerunt, ne in suo fideli servicio fraudentur in periculum et dampnacionem eternam anime mee ex hoc tam in rebus mobilibus quam immobilibus. Si vero uxor mea prole carebit et in sua viduitate voluerit permanere, habeat castrum Toschez cum omnibus suis attinenciis; sed si nubere voluerit, quingente marce argenti sibi assignentur. Matri vero mee dilecte satisfaciendo de commissis confero duo castra Tessin et Rathibor cum suis attinenciis, excepto censu istius anni terre tocius partis mee, quem pro debitis et elemosinis domino episcopo Wratislaviensi T. et priori fratrum ordinis predicatorum cum fratribus predicte domus committo, quos executores tocius mei testamenti, ne quod absit per aliquem possit vel debeat irritari constituo. Actum in Cozle IIII. Kalendas Novembris.

N. VIII

Anno Verbi Inkarnati M°. CC°. LX°. Indiccione VII. Concurrente quarta, Epacta sexta, Luna XXVIII. Nos Wladislawus divina miseracione dux Opoliensis, dum in Bosidom resideremus in capitulo fratrum et sororum beati Augustini Premonstratensis ordinis Wrat. diocesis, oblatum est nobis Privilegium per dominam Margaretam Magistram et conventum eiusdem domus, in quo continebantur hec que inferius subscribuntur:

Nos igitur Wlodizlawus dei gratia dux Opoliensis sepedicti ducis Kazimiri filius, inspecta pia devocione ac donacione patris nostri et omnium antecessorum nostrorum, omnes villas cum suis attinenciis et proventibus omnesque libertates in supradicto privilegio datas et conscriptas, cenobio dominarum de Bosidom, et capellam de Seuor, quam pro ipsorum porrigent voluntate, necnon decem lapides cere in villa Opoliensis castellature sita, que Lubnane nuncupatur, pro alendo lumine in predicta ecclesia de Bosidom asignamus, confirmantes ac benivole acceptantes omnia supradicta, et nostri sigilli munimine roborantes. Excepto theloneo quod pro nobis in dicta castellatura Seuor excepimus, pro quo jam dictos decem lapides cere domui prenominate contulimus; quam si habere

/.

/.

ceram non poterunt coloni ville prenominate, de melle nichilominus
quod nobis solvere debuerunt, domui de Bosydom antefatum nume
rum cere annis universis in perpetuum solvere tenebuntur. Acta
sunt hec in Ratibor anno M°. CC°. LX°. presentibus his
testibus, Domino Thoma Wrat. episcopo, Domino Wilelmo
Lubucensi episcopo, Fratribus de ordine Predicatorum Vincencio
et Martino, Gothardo notario, Dzechkone castellano de Ratibor,
Sulcone castellano de Kranou, Janussio Menshic, Dyrkone
subcamerario, Ramoldo subpincerna, et aliis quam pluribus.

Cum sit labilis humane mentis memoria et subito pereant que
sub tempore pertractantur, necesse est ut scripturarum testimoniis
posterorum noticie commendentur. Eapropter noverint universi
Christi fideles presens scriptum inspecturi tam presentes quam futuri,
quod nos M. divina miseracione Ecclesie domus Dei prepositus una
cum consensu conventus nostri fratrum et sororum, dedimus vil=
lam nostram que dicitur Zelazno honestis viris scultetis nostris
Herdeno et Hermanno iure Teutonico collocandam, ita ut ipsi
et posteri eorundem sextum mansum et tercium denarium
libere de iudicio possidebunt, tali condicione ut de singulis man=
sis exceptis liberis fertonem argenti, tres mensuras, duas siliginis
et terciam de pulcra pisa, tempore statuto nobis persol=
vent et adducent. De incultis vero mansis et aliis iuribus
damus tres annos libertatis, et concedimus eisdem supradictis scul=
tetis Herdeno et Hermanno liberum molendinum super Oderam
cum taberna que in villa continetur, excepto quod tempore in=
undacionis vel alterius magne necessitatis nobis molet. Item nobis
deducent de quolibet manso octo mensuras siliginis de Wrobli=
no vel de Zuzela sive de Zales, et concedimus supradictis
scultetis et villanis eorundem piscari cum hamis sive cum
/.

./.

gulgustris. Preterea iura omnia in iudiciis, quibuscunque ville nostre tali iure locate gubernantur, eis per omnia concedimus. Ceterum contulimus mansum liberum in villa supra notata Ecclesie sancti Nicolai, et etiam aves ad capiendas concedimus. Acta sunt hec Anno Domini Millesimo ducentesimo septuagesimo quarto infra Octavam omnium sanctorum, presentibus hiis testibus, fratre Priore Venceslao, Matthia custode, Fabiano sacerdote, Gerhardo et Rodgero sacerdotibus, Gunthero cive de Oppol, Arnoldus advocatus de Oppol, Albertus de Ruspandovier cum fratribus, Dicollus de Oppol, Ulricus de Zachri, Symon de Oppol, Hermannus, Theodoricus iobparius, Johannes, Michael de Zalesna.

Nº X.

In Nomine Domini Amen. Cum sit labilis humane mentis memoria, necesse est ut ea que in presenti ordinantur, scriptis et testimonio futurorum memorie commendentur. Notum sit igitur presentibus et futuris hanc paginam inspecturis, quod nos Boleslaus dei gratia dux Opoliensis, cum essemus in Opol, accedentes ad nos fratres de Domo Dei Nicholaus et Rodgerus asserebant, comittissam Anastasiam uxorem comitis Henrici de Mechnic, cum adhuc esset sane mentis in suo testamento quod faciebat, elegit sepulturam in Domo Dei et ibidem donavit hereditates suas Mechnice et Vresce iuxta Crostinam pro salute anime sue et omnium parentum ipsius, sed post mortem viri sui prefati comitis Henrici. Quare fratres iam predicti ex parte tocius conventus cum instancia nos petebant, ut nuncium nostrum dirigeremus ad eandem infirmam pro audienda et confirmanda rei veritate. Nos vero annuentes congrue ipsorum peticioni, misimus idoneum nostrum nuncium comitem Henricum de Grabina, qui cum esset ibi diligenter inquisivit a comittissa sepe dicta de suo testamento, que mente sana et racione perfecta idem factum ./.

./.
rite sollempnizavit, pro ut fratres asserebant, et hic idem ad nos rediens coram nobis et nostris nobilibus publicavit testamentum iam prenominatum. Nos itaque audientes, et scientes procerto factum idem ratum habemus, hanc litteram sigilli nostri munimine fecimus roborari, Acta sunt hec Anno Domini m°. cc°. lxx°. viiii°. presentibus hiis testibus, comite Symone castellano Opoliensi, comite Suetopelc castellano de Bala, comite Bogumilo de Bircan, et fratre Johanne gardiano de Opol, et fratre Rodgero, et aliis quam pluribus viris honestis.

In Nomine Domini Amen. Nos Thomas dei gratia Episcopus Wratizlaviensis Scire volumus universos ad quos presens scriptum fuerit Devolutum, quod cum inter fratrem Hartlibum Abbatem et Conventum Monasterii de Lubens Cysterciensis ordinis ex parte una, et fratrem Dominicum Prepositum de Bosidom ordinis Premonstratensis ex altera, orta esset et verteretur super decimis harum villarum, videlicet de Wroblino, de Saberouo, de Cromolouiz, de Grocholube, de Straduna, de Brosez, de Susel, et de Valez, controversia sive quedam materia questionis, Tandem partibus in nostra presentia constitutis, prefatus frater Dominicus Prepositus de Bosidom cessit et renunciavit expresse omni iuri et actioni siqua in decimis predictarum villarum sibi competere videbatur. Confessus est etiam publice decimas easdem ad Monasterium suum videlicet in Bosidom minime pertinere, promittens quod supradictos, Abbatem et Conventum Lubensem, nec verbo nec facto deinceps occasione dictarum decimarum aliquatenus molestabit, Sed quod ipsi scilicet Abbas Lubensis et Conventus

/.

%.

suus, eorumque Successores eas quiete ac pacifice semper debeant possidere. Super dampnis vero que predictus Abbas et suus Conventus in decimis prefatarum villarum pertulerant multis annis, in viros providos et discretos, dominum Sbrozlaum Prepositum Ecclesie nostre et Magistram Henricum de Calcow pro bono pacis tamquam in arbitros seu amicabiles compositores, per prefatos, Abbatem et Conventum de Lubens, et fratrem Do=minicum Prepositum de Bosidom, ex utraque parte exti=tit compromissum, ad quorum arbitrium sive dispositionem, quicquid iniurie sepedicti Abbas et Conventus hactenus in ip=sis decimis pertulerant, memorato Dominico Preposito tota=liter indulserunt. In cuius rei testimonium et munimen, Sigillo nostro rogati presentem paginam facimus communiri. Actum et datum Wratizlavie in Caminata nostra Episcopali, iiiº. Idus Martii, Anno Domini mº. ccº. lxxxº. Secundo, Pre=sentibus dominis, Sbrozlao Wratizlaviensi, et Magistro Sy=mone Opoliensi, Prepositis, Jacobo Gosuini domino Legum, Magistro Henrico de Calcow, Magistro Loduico de Lem=berch, domino Helya Canonico Wratizlaviensi et Ple=bano de Niza, Et aliis quamplurimis fidedignis.

№ XII. 14.

Universis presentes inspecturis, Philippus miseracione divina Firmanus Episcopus, Apostolice Sedis Legatus, Salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, Quod constitutis in presencia nostra Religioso viro Dominico, preposito Domus Dei ordinis Premonstratensis Wrat. dioc. ex una parte, Et Chevlegio milite filio quondam Alardi militis de Opol eiusdem dioc. ex altera, Idem Cevlegius pro se et suis heredibus in perpetuum recognovit et confessus fuit hereditates seu possessiones infrascriptas Michnice et Vresce nominatas iuxta Crosnam sitas, quas Anastasia filia quondam Wratizlai militis pro anime sue remedio dicte domui in elemosinam perpetuam erogavit et contulit perpetuo possidendas, ad domum ipsam pertinere et spectare de iure, et quia dictam domum, propositum et conventum eiusdem super ipsis hereditatibus diu in Judicio et extra impetiverat et molestaverat minus iuste, cessit omni iure, accioni et racioni, si que sibi competerent vel haberet in hereditatibus supradictis quacumque racione vel causa, et ea et hereditates ipsas in manu dicti prepositi recipientis nomine et vice dicte domus libere resignavit et renunciavit expresse promittens pro se et eius heredibus in perpetuum, dictam

/.

./.
domum, prepositum vel fratres ipsius decetero non impetere, turbare vel molestare in iudicio vel extra super hereditatibus supradictis per se vel alios de iure vel de facto aliqua racione vel causa. Et licet idem Cevlegius occasione hereditatum huiusmodi dictam domum, prepositum vel fratres ipsius decetero non impetere, turbare vel molestare in iudicio vel extra super hereditatibus supradictis per se vel alios de iure vel de facto aliqua racione vel causa. Et licet idem Cevlegius occasione hereditatum huiusmodi dictam domum, prepositum et fratres ipsius multis et gravibus fatigasset laboribus et expensis ac dampna plurima in predictis bonis et aliis ipsius domus occasione huiusmodi intulisset, idem tamen prepositus pro se et dicta domo pro bono pacis et concordie omnia dampna, labores et expensas predictas libere et absolute remisit et relaxavit eidem, promittens pro se et dicta domo ac fratribus ipsius, ipsum C. vel eius heredes nullo umquam tempore pro dictis dampnis, laboribus et expensis impetere, turbare, vel eciam molestare, sed de ipsis eidem facit pro se et dicta domo plenam remissionem, quietacionem et finem. Que omnia et singula supradicta promiserunt dicte partes, scilicet una pars alteri et altera alteri sollempniter stipulanti pro se et suis successoribus, rata et firma perpetuo habere et tenere et inviolabiliter attendere et observare et non contravenire, de iure vel de facto aliqua racione vel causa, sub pena quinquaginta
./.

./.
marcarum Wrat. ponderis et argenti, ab utraque parte stipulata sollempniter et promissa, et qua pena committatur et cedat parti servanti predicta, et per eam exigi possit cum effectu a parte non servante, et pena soluta et non soluta, ratum remaneat contractus et in eo contenta. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis et inviolabiliter observandis, obligavit una pars alteri et altera alteri omnia sua bona pignori, presencia et futura, omni lege, excepcione et deffensione remotis. Et quia dictus Leutegius occasione predictorum auctoritate nostra fuerat excommunicatus, recepto ab eo corporaliter iuramento de parendo super hiis ecclesie mandatis et nostris, ipsum ab excommunicacione ipsa iuxta formam ecclesie duximus absolvendum, iniungentes sibi sub debito prestiti iuramenti, ne decetero domum ipsam, prepositum, vel fratres ipsius super premissis impetat, turbet, agravet vel molestet. In cuius rei testimonium ad instanciam parcium predictarum presentes literas fieri fecimus et sigilli nostri appensione muniri. Actum et Datum apud Wrat. in hospicio habitacionis nostre, Anno Domini M°. CC°. octuagesimo secundo. Indiccione decima, ii. kalendas Julii. Pontificatus Domini Martini Pape Quarti Anno Secundo.

n. XIII

Noverint universi presentes litteras inspecturi, quod nos Dominicus, et S. domicella, totusque conventus Domus dei ordinis Premonstratensis facimus, ordinamus, et constituimus fratrem Rodgerum presentem nostrum nuncium et Procuratorem in omnibus causis quas habemus cum domino Thoma Episcopo Wrat. et cum domino Abbate de Lubes, coram quocumque Judice competenti, Dantes eidem Procuratori nostro liberam potestatem agendi, respondendi, defendendi, et litem contestandi, sentenciam audiendi, appellandi, componendi, transigendi, testes producendi et attestaciones audiendi, et ad omnia alia iura faciendi, que in propriis personis facere possemus, Ratum et firmum habituri quicquid per predictum Procuratorem dictum fuerit atque ordinatum. Volentes igitur eundem Procuratorem nostrum relevare ab onere satisdationis, promittimus pro ipso iudicatum solvi pro omnibus clausulis suis, sub ypoteca omnium bonorum nostrorum, tam mobilium quam inmobilium. Datum in Domo dei Anno domini mº. ccº. lxxxº. Secundo, in die beati Andree apostoli.

In Nomine Domini Amen. Noverint universi presentes litteras inspecturi, quod nos Frater Harthilibus Abbas Lubensis Cisterciensis ordinis una cum Conventu nostro in causa que vertitur vel verti speratur inter venerabilem in Christo patrem ac dominum Wrat. Episcopum et nos ac nostrum Conventum et parte una et Prepositum et Magistram ac Conventum de Bozhidom ex altera, Super decimis villarum aut earum parte, in Wroblino de septem mansis, in Zhaborov de octo mansis, in Zhuzhel de tribus aratris, in Radina de sex mansis, fratrem Ottonem Monachum domus nostre presentem et mandatum sponte suscipientem, nostrum facimus, ordinamus seu constituimus Procuratorem vel yconomum, Sindicum seu actorem, ad eligendum Judices pro parte nostra de novo et consenciendum in eos, concedentes eidem Procuratori generalem et liberam administracionem, Dantes ei etiam potestatem agendi defendendi vice nostra, excipiendi, replicandi, prestandi in animam nostram et exigendi a parte adversa cuiuslibet generis iuramentum, posiciones et probaciones offerendi, interlocutoriam quamlibet et diffinitivam sentenciam audiendi, et ab ea seu etiam ab interlocutoria quacumque si necesse fuerit appellandi et appella-

./.
cionem prosequendi, et supplicandi, et specialiter amicabilem concordiam ineundi, si forte pars adversa non strepitu iudiciorum sed amicabili concordia voluerit ipsum negocium terminari, transigendi seu componendi per quemcumque modum, arbitros seu arbitratores, sive amicabiles compositores eligendi seu assumendi vice nostra quoscumque vel qualescumque, et nos ad arbitrium sive laudum seu compromissum servandum obligandi sub quacumque pena ordinaria seu extraordinaria per sollempnem stipulacionem, et ad omnia alia facienda, que per verum et legitimum Procuratorem fieri consueverunt, vel in propria persona possemus facere presentialiter si essemus; Ratum et gratum habituri quicquid factum fuerit per eundem. Nos autem a caucione satisdacionis ipsum relevare volentes, sub ypoteca omnium bonorum nostrorum promittimus pro ipso iudicatum solvi pro omnibus clausulis ipsius si defensioni ipsum contigerit se offerre, et hoc tam ipsis Judicibus seu arbitris quicumque electi fuerint, quam etiam parti adverse volumus esse notum. In cuius rei testimonium presens scriptum nostri Sigilli impressionis caractere roboramus. Actum in Caminata domini Episcopi in Wrat. Presentibus eodem domino Episcopo, Magistro Andrea Archidiacono, domino Johanne Scolastico, Magistro Johanne Gozvini, et Laurencio Canonicis Wrat. Ecclesie, Magistro Henrico dicto de Calcov, et aliis pluribus, Anno domini m°. cc°. lxxx°. tercio, Indictione undecima, xii Kalendas Marcii.

No XV 18.

In Nomine Domini Amen. Noverint universi presentes litteras inscripturi, quod exorta inter venerabilem in Christo Patrem et dominum Thomam dei gratia Wratislaviensem Episcopum et fratrem Harthlibum Abbatem de Lubes et Conventum ipsius ex parte una, Ac fratrem Dominicum Prepositum et S. Magistram et Conventum eorundem in Bozhidom Wrat. dioc. ex altera, materia questionis super decimis villarum aut earum parte In Wroblino de septem mansis, in Zaborou de octo mansis, in Zhuztel de novem mansis, Tandem partes utreque volentes presens negocium per amicabilem concordiam pocius quam per iudiciorum strepitum terminari, venerabilis in Christo pater dominus Episcopus iam predictus personaliter, dominus vero Abbas de Lubes per Procuratorem idoneum fratrem Ottonem Monachum sue domus Cisterciensis ordinis, Prepositus vero et Magistra ac conventus de Bozhidom per fratrem Rodgerum Monachum domus ipsorum Premonstratensis ordinis Procuratorem eorundem, Procuratoriis exhibitis infra scripto tenoris de verbo ad verbum, in nos fratrem Wilhelmum Mo-

./.

/.
nasterii S. Vincencii prope Wrat. Premonstratensis ordinis, et fratrem Nicolaum Monasterii S. Marie ordinis S. Augustini in Wrat. Abbates, et Magistrum Andream Archidiaconum, et Magistrum Hulricum Cantorem Wratislaviensis Ecclesie, tamquam in arbitros, compromissarios, arbitratores seu amicabiles compositores presentes, et arbitrium sponte suscipientes, compromiserunt, et voluntarii sine contradictione aliqua consenserunt, Ita quod possimus pronunciare, examinare et cognoscere, terminare, et diffinitivam sentenciam dare et ordinare, iuris ordine observato vel penitus pretermisso, ordinarie vel extraordinarie prout nobis melius videbitur expedire, super predictis decimis, de alto et basso, diebus feriatis et non feriatis, sedendo stando, omni hora omni loco, ubicunque et quandocunque, utraque parte presente vel utraque parte absente, vel una presente et alia absente, et quod arbitrari possimus semel vel pluries, et nostram sentenciam interpretari et corrigere ac moderari, quociens nobis visum fuerit expedire, et contumaciam litigatoris punire, et citare partes ad quemcumque locum vel loca voluerimus, ut possimus pronunciare in scriptis sive sine scriptis, promittentes predicti, dominus Episcopus et Procuratores predictorum Monasteriorum per sollempnem stipulacionem pro se et suis posteris sub pena viginti Marcarum fusi et fini argenti Wrat. ponderis, quod nostro laudo, arbitrio, pronunciacioni seu diffinicioni stabunt et obtemperabunt, et in nullo contravenient vel de iure vel de facto, verbo vel opere, per se vel per interpositam personam, et quod nullum dolum committent, et quod contra compromissum nullum impetrabunt rescriptum, et nullum privilegium aut consuetudinem allegabunt, nullamque excepcionem opponent, et quod non utentur beneficio alicuius legis /.

./. 19.

aut canonis que viciat aut viciare possit presens compromissum, sive ex personis nostris sive ex personis compromittencium, sive ex rebus super quibus compromissum est, Renunciantes beneficio omnium predictorum, Beneficiis, privilegiis, consuetudinibus, excepcionibus competentibus vel non competentibus, enarratis, et predictis specialiter certificatis, Et hec omnia et singula promiserunt per sollempnem stipulacionem attendere et complere et observare pro se ac suis Successoribus ad invicem stipulando, et non contravenire sub pena predicta et obligacione omnium suorum bonorum, presencium et futurorum, constituentes ad invicem unus pro alio bona possidere, ita quod liceat ei qui servaverit compromissum, sua auctoritate ingredi bona illius qui fecerit contra compromissum, in totum vel in parte, et pena soluta vel non soluta, predicta omnia et singula et dictum compromissum in sua remaneant firmitate, hoc adiecto, quod dicta pena semel et pluries et quociens contra predicta vel aliquod horum in omnibus et singulis quampluries ventum fuerit a quacumque parcium predictatum arbitrium non servando, in solidum committatur, et commissa sine contradictione qualibet exigatur. Et in signum consensus in nos dominus Episcopus predictus sui Sigilli munimine, et nos una cum eo ne nostra iurisdictio delusoria videatur, ad perpetuum robur et eternam rei memoriam nostris Sigillis presentem litteram roboramus. Actum in Wrat. presentibus dominis, Magistro Petro Plebano de Legniz, fratre Swantoslao de S. Maria in Wrat. ordinis S. Augustini, Stanislao Procuratore de Vyazd, Smilone Plebano de Lu-

./.

./.

cina, Nicolao de Oriza Cive Wrat. Fratre Johanne cum socio suo de ordine fratrum Predicatorum, et aliis quam pluribus, Anno Domini M°CC° lxxx° tercio, Indictione undecima, X. Kal. Marcii.

Sequitur Procuratorium sive tenor eius de verbo ad verbum domini Abbatis de Lubes, de quo facta est superius mencio circa principium compromissi.

Sequitur tenor de verbo ad verbum insertus Procuratorii Prepositi et Magistre ac Conventus de Bozhidom.

Sequitur tenor sentencie Laudi sive arbitrii a nobis in scriptis publice promulgati.

Nos predicti domini, Abbates, Archidiaconus, et Cantor, arbitri, arbitratores, compromissarii, seu amicabiles compositores, in nos recepto sponte ac libere compromisso, utraque parte presente per se sive Procuratores idoneos et sponte consencientes, et sub stipulacione et obligacione supradicta promittente, quocienscumque aliqua parcium venerit contra compromissum predictum, nobis dabit decem Marcas, et parti alteri servanti arbitrium decem Marcas, predicti compromissi auctoritate seu iurisdictione in nos prout patet a partibus prorogata, auditis et intellectis meritis cause et parcium assercionibus equa iusticie lance prout poteramus melius discussis equo libramine racionis, percepta prius per se cuiuslibet voluntate quid posset sine dampno maximo acceptare, utraque parte petente instanter diffinitivam sentenciam promulgari, consilio habito cum maxima maturitate, arbitramur, pronunciamus, diffinimus, sentencia=

./.

mus, ordinamus, seu promulgamus in hunc modum, quod dominus Episcopus et Abbas de Lubes debent habere decimas sex mansorum in Wroblins, et in Zhaborow octo mansorum. Conventus vero Domus dei sive de Bozhidom debet habere decimas in Zhuzhel decem et octo mansorum mensuratorum ibidem, in quorum numero ipsorum mansi qui pertinent ibidem ad eorum grandiam, includentur. Cui sentencie, diffinicioni, atque arbitrio, sive pronunciacioni, utraque pars sponte consensit incontinenti, et ipsam voluntarie ac libere acceptavit.

Actum eodem anno, mense et die, quo et compromissum, et eisdem testibus presentibus, Magistro Petro predicto, et ceteris.

№ XVII

In Nomine Domini Amen. Noverint universi presentes litteras inspecturi, quod coram nobis Laurencio Officiali curie Wrat. inter fratrem Dominicum prepositum de Domo dei, et Johannem de Zalesse super decimis unius mansi quem predictus Johannes colit in Zalesse, talis concordia intervenit, quod idem Johannes promisit singulis annis libere dare decimam domui supradicte velut ante fecit, ita tamen quod per famulum aliquem domini prepositi vel Domus predicte vel decimatorem in campis assignabitur decima supradicta. Et dominus prepositus eidem Johanni pepercit decimam annorum duorum quibus eandem decimam non exsolvit, tali autem condicione quod sepedictus Johannes jurabit quod dicat veritatem, quantum fuerit de decima anni preteriti quam non solvit. In cuius rei testimonium utraque pars petiit hanc litteram conscribi et nostri Officialatus sigillo roborari. Actum in die S. Galli presentibus dominis, Magistro Petro canonico S. Egidii, Thoma plebano de Zevina et fratre Ottone de Lubens, Anno Domini M° CC° LXXX° Quarto.

N. XVII

In Nomine Domini Amen. Quoniam annorum revolucione et personarum successione statuta priorum nonnunquam defluunt et nobiscum sepeliuntur, provida discrecione data sunt scripta, ut et labenti memorie valeant succurrere et statuta priorum utiliter, fideliter valeant reservare. Notum sit igitur universis et singulis presentem paginam inspecturis, quod nos Mesco et Premizlus dei gracia Duces Opolienses, Domini in Ratibor visis privilegiis monasterii de Charnouanz ordinis Premonstratensis super villis Crauar, Radoscow, et Seniz, et inspectis diligencius dictarum villarum libertatibus in eisdem per nostros progenitores erogatas, tam nostre quam etiam progenitorum nostrorum saluti providere cupientes, villas prenotatas que per ignoranciam vel negkenciam ad soluciones venerant indebitas, simul et servicia minus iusta, ad libertatem subscriptam decrevimus revocare, ita quod ex nunc possessores earumdem villarum neque ad araturam neque ad vectigalia qualiacunque seu exacciones cuiuscunque sint generis, pecuniarie, porcorum, vaccarum, vel aliorum que pro nostris necessitatibus accipere consuevimus, nullo unquam tempore teneantur, sed illa omnia que nos a nostris accipiemus ho=
/.

./.

minibus, domino preposito dicte domus et conventui per ipsorum homines in villis superius adnotatis in integrum exsolvantur. Hoc tamen excepto quod ad novas municiones quas pro terre nostre como-do faciemus, quemadmodum alii inhabitatores terre nostre iuvare tenebuntur. Sic etiam cum terram nostram pro faciendis expe-dicionibus exire nos contingat, nobis de Crauar unum currum vacuum mittere tenebuntur cum quatuor equis, et de Radoscow et Heniz unum currum, cum locate fuerint iure Teutonico, nobis mittent modo supradicto; quibus serviciis nobis vel nost-ris exhibitis posteris, ut dictum est, nulla alia neque per nos, neque per nostros posteros unquam exhigantur. Sculte-ti etiam dictarum superius villarum nobis ad nulla servicia deinceps teneantur, ad hoc quod preposito et conventui dicte domus ad serviendum se reddant promciores. Ipse etiam prepositus et conventus sepius nominati, nobis de iure patronatus ecclesie de Ribnic et omnibus decimis eiusdem ecclesie, que per Scibor-ium et Stephanum condam plebanos ibidem possesse fuerunt, spontanea cesserunt voluntate, secundum quod in instrumento nobis per ipsos dato plenius continetur. Renunciaverunt etiam omnino percepcioni trium Marcarum quas habebant ibidem de thabernis annis singulis, ita quod nunquam deinceps repeti debeant per ipsos vel eorum successores. Nos igitur inspecta resignacione prescripta simul et iniuriosa vexacione, que fiebat in villis sepius nominatis, ipsas ad libertatem reduximus pre-notatam, quam si quispiam nostre posteritatis, immo etiam nos metipsi vellemus aliquo tempore violare, omnibus et

./.

singulis prenotatis ordinacionibus ultroiectis, et tunc ius pa=
tronatus et trium Marcarum solucio de thabernis, de quibus
sufficienter dictum est supra, ad Prepositum et conventum
de Charnovanz cum pleno dominio revertantur. Et ne hanc
veritatis seriem invidia vel ignorancia tractu temporis vale=
at obumbrare, presentem paginam super ipsa conscribi
precepimus et nostrorum sigillorum munimine fecimus
insigniri. Datum Ratibor in die beati Briccii per manus
Arnoldi summi notharii nostri, anno domini m°. cc°. lxxx°.
octavo, testibus qui aderant infra scriptis, videlicet domi=
no Stephano archidiacono Opoliensi, fratribus eius Jascone
et Pribizlao militibus, Jncone subcamerario, Pascone
Warmundi, Pacozlao cum fratre Michaele Podchasse et
aliis quam pluribus.

№ XIX.

In Nomine Domini Amen. Etsi munificencie nostre
gracia cunctis quos nostrum regit Dominium comunis esse
debeat fidelibus, illos tamen graciori favore complectimur,
quos humiliores habitus gravat condicio, et qui in sola
protectione nostre lenitatis respirant. Noverint igitur uni=
versi et singuli presentem paginam inspecturi, quod nos Me=
sco dei gracia dux Opoliensis dominus in Ratibor, cum
monasterio nostro cognominato wlgariter Bosidom pie vo=
lentes agere, necnon elemosinas nostrorum progenitorum
in ipsa cupientes adaugere, ut singulare nostrum memo=
riale quemadmodum nostri progenitores, relinquamus in
eadem, de consensu et voluntate carissimi fratris nostri
ducis Premizlii, dicto monasterio Bosidom damus cen=
tum mansos Franconicos in silva nostra circa novum
castrum, que Uitalissoua poramba dicitur, perpetuo pos=
sidendos, quos prepositus et cenobium dicte pluries Do=
mus locabunt, prout eis visum fuerit expedire, et
quamcunque libertatem locatoribus et eis qui locandi
~~sunt~~ dederint, volumus sine interrupcione qualibet
/.

/. observare. Omnem etiam libertatem quam nostri progenitores in aliis prediis erogarunt et suis instrumentis confirmarunt do= mui sepedicte; nos in mansis pretaxatis condonamus, ut vi= delicet omnes questus iudiciorum pro se habeant et nulli penitus officialium nostrorum subiaceant, et ad vectigalia quevis nullo unquam tempore teneantur; cetera autem in instrumentis dictorum nostrorum progenitorum plenius con= tinentur. Et ut omnia prehabita necnon eorum singula perhenniter maneant inconvulsa, presentem paginam super ipsis conscribi precepimus et tam nostri quam fratris nostri sigillorum munimine roborari. Datum Ratibor per manus Arnoldi summi Notarii in vigilia omnium sanctorum, anno domini m°. cc°. lx° x° x°. Nono, Pre= sentibus his militibus, Jascone Corniza, Jascone War= mundi, Dalberto, Wernero, Michaele, Pribizlao et aliis quam pluribus.

Ne per oblivionem que mater est erroris contingeret aliqua= tenus iusticie substantiam obfuscari, Noverint igitur universi tam presentes quam futuri hanc paginam inspecturi, Quod nos Casimirus dei gracia Dux Bythomiensis ob remissio= nem peccaminum contulimus et dedimus villanis in Ra= dunia ab omnibus exactionibus et collectis seu castrorum structuris sive quibuscunque serviciis que ceteri villani ad nostram utilitatem facere consueverunt, meram inte= gram perpetuamque libertatem, sed omnia servicia que nobis debent exhibere, Preposito (et) Conventui de Domo Dei in Czarnowas facere loco nostri tenebuntur. Pro qua collacione libertatis prefatus Prepositus promisit bona fide pro nostra et Coniugis nostre nostrorumque liberorum sanitate omni hebdomade unam Missam celebrare, sed postquam quod non est evitare, universe carnis semitam ingredi nos contingat et tunc similiter spopondit omni septimana unam Missam dici pro defunctis, nostrarum pro refrigerio animarum perpetua= liter hec tenenda. Ut autem hec nostra donacio robu

./.

sorciatur perpetue firmitatis, presentes fecimus nostri sigilli munimine roborari. Datum in Bythom publice anno domini m°. cc°. lxxxx°. pridie Idus Januarii, indictione quarta. Huius rei testes sunt dominus Ludovicus abbas de Sancto Vincencio, dominus Romanus prepositus Severiensis, frater Michael lector Predicatorum in Ratibor, frater Albericus prepositus de Sancta Margaretha, comes Sobislaus subiudex, Dominicus notarius camere et alii plures.

Nr XXI.

In Nomine Domini Amen. Quoniam oblivionis incursu ea que fiunt in tempore, velut umbra declinans a memoria hominum labuntur cum tempore, necessarium est acta quorumlibet scripture testimonio roborari. Ad noticiam igitur universorum et singulorum hoc scriptum intuencium volomus pervenire, Quod Nos Premislius Dei gratia Dux Rathyboriensis, Religiosis viris fratribus in Cernouans pro nomine Christi degentibus, villam eorundem que Rzegnice wlgariter nominatur, in nostro sitam dominio, Jure Theatonico locandam per virum providum Velantam, aut ipsius legittimum successorem, dictorum fratrum acclinati precibus, dedimus liberam opcionem, ac plenariam facultatem. Addicientes quod quicumque in hereditate nominate ville vocati et locati fuerint, ab exactionibus, solucionibus, necnon serviciis cuiuscumque generis, nostrum contingentibus dominium, una cum solteto predicto Velanta ac eius posteris, gaudeant sedecim annorum omnimoda libertate. In cuius rei evidens testimonium hanc litteram super hiis conscriptam, Sigillo nostro fecimus communiri. Datum Rathybor Anno domini M°. CC°. LXXXX°. tercio, Ad Vincula Petri, Presentibus Thoma Judice curie nostre, Jascone subcamerario,

./.

./

Adam thezaurario, Adam subvenatore, Boguta, Gothardo, Militibus nostris, Silkone canonico S. Thome, Jascone de Sion, Capellanis nostris, et aliis quam pluribus.

8062

Odpisy dokumentów 2 wyd.:

Busching J. - Die Urkunden des Klosters Leubus.

An 24.

Innocentius episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis … Abbati et fratribus Lubensis Monasterii Cisterciensis ordinis. Salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia deuotos et humiles filios et assuete pietatis officio propensius diligere consueuit. et ne prauorum hominum molestiis agitentur, eos tamquam pia mater sue protectionis munimine confouere. Eapropter dilectj in domino filij nostris iustis precibus annuentes. personas et Monasterium uestram cum omnibus bonis que in presentiarum rationabiliter possidet aut in futurum iustis modis deo propitio poterit adipisci. sub beati Petrj et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem vilas (?) - [illegible]ubens. Ruzke. Radtaj. Zagorizs. Oprowe. Clisor. viasd. villam bogudanj. Godekendorp. Zolp.

/.

·/·

Jaroslav cum omni utilitate. Wrezt. villam bartolomej. cum
omnibus pertinentiis et decimationibus suis. a dilectis filiis
Nobilibus uiris Bolezlao. Duce Zlesie. et H. eius filio
intuitu pietatis Monasterio uestro concessas. Wilczin cum
ponte et taberna. villam andree. villam Martinj. De=
cimam in posirist. villam iuxta prozton. cum pertinen=
tiis suis. a Berzelino comite uobis in helemosinam assi=
gnatam. Medietatem ville iuxta Sorawin cum per=
tinentiis suis. Taberna et ponte. iuxta Widav. Jn Olbino.
pomerium. Curiam. pratum. agros. de Lacu Nonum
piscem. et Redditum Carnificij trecentorum denariorum.
ab. M. Comite Monasterio uestro pro anime sue salu=
te donata. et alia iura uestra. sicut predicta om=
nia iuste ac pacifice possidetis. uobis et ~~per uos~~ per uos
(? per uos) monasterio uestro auctoritate apostolica
confirmamus. et presentis scripti patrocinio communi=
mus. Preterea Libertates et immunitates Ordinj
uestro concessas. ratas haberj uolumus. et precipimus
inuiolabiliter obseruarj. Nullj ergo omnino hominum

·/·

./.

liceat hanc paginam nostre protectionis et Confirma=
tionis infringere. vel ej ausu temerario cotraire (?). Si
quis autem hoc attemptare presumpserit. indigna=
tionem omnipotentis dej et beatorum petri et pauli.
apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum
Signie IIIj Idus augusti. pontificatus nostri anno Quarto.

ab. 26.

30

IN nomine domini AmeN .:. Ne cum tempore tra=
seunte (?) transeant a posterorum noticia que fue=
rint temporaliter facta et ordinata literarum
debent perhennari testimonio et a stipulacione pro=
borum hominum roborari. Idcirco ego Bolezlaus
dei gratia dux zlezie, filius illustris quondam
et maximi ducis wladyzlai declaro presenti pa=
gina presentibus ac futuris christi fidelibus uniuer=
sis. quod uenerande memorie dominus Zyrizlaws quon=
dam episcopus wratizlawie pio deuotionis affectu
et ad meam et baronum meorum peticionem. cum
vnanimi et pleno consensu capituli sui cenobium
Lubense quod ego fundaui dotauit omnibus nouali=
bus decimis uillarum nouarum et agrorum in
toto territorio legnicensi. que tunc fuerunt uel

./.

./.

vel esse poterant in futurum. tam in montibus quam in plano. Processu vero temporis eodem pio patre viam universe carnis ingresso. filius meus Jaroslaus tunc dux de opol sibi in episcopatu succedens. sicuti contra me patrem suum non filialiter egit in multis cum aput avunculum meum heinricum quintum imperatorem cum meo exercitu in expedicione in lombardia per triennium consisterem. sic quoque contra fundationem meam lu=bense cenobium consurgens. donationem prefatam deci=marum novalium potencialiter irritavit. Quem cum ego ad propria reversus super eis commonerem. respon=dit se velle satisfacere ordini sed non claustro lu=bensi. Unde vocatis aliquot fratribus de porta con=tulit eis mille mansos magnos in districtu duca=tus sui circa metas moravie inter duo flumina Ozo=blogam videlicet et stradunam cum omni decima=tione inter eadem flumina usque ad Odram flu=vium quem influunt et eos ibi in loco quem ap=pellavit Jeroslave collocavit. Eo autem defuncto et potestate terre ad me reversa. Portensis conven=

./.

./.
tus. Illiusque abbas. contuentes cenobij mei lubensis iniuriam et preiudicium manifestum. per sanctionem quoque generalis capituli quod interpellaui. prefatam donationem filij mei meo cenobio Lubensi de meo consensu totaliter resignarunt in refusionem decimarum noualium predictarum. Qua propter ego eosdem mille mansos. cum omnibus attiencijs suis. videlicet. aquis. pratis. agris. silvis. mellificiis. decimis ut prius fuerunt. et cum omni libertate cenobio lubensi trado et confirmo in possessionem legittimam et eternam. Acta sunt autem hec. anno domini millesimo ducentesimo primo. tercio Idus Nouembris. Indictione quarta. atestantibus probis et fide dignis viris. Videlicet. domino Cypriano episcopo Vratizlaviense et canonicis eius. Benico decano. Egydio archydiacono. Johanne cantore. Magistro odone. Martino cancellario. felice. Mathya. frÿderico. Laurentio et lamberto. Item Andrea Castellano glogouiense. Nenkero castellano de Bolezlauez. stephano castellano de Legniz. Ingrammo castellano de wratizlaue. Voizlao iudice curie
./.

/.

Schanztoborio castellano de Zandowel. et aliis quam plu=
ribus uiris nobilibus et honestis. AmeN.

Nr. 21. 32

In nomine sancte et individue trinitatis; Cyprianus dei gratia wratizlauiensis episcopus; Quoniam ex officio Pontificali subditarum nobis ecclesiarum curam gerimus. earum utilitati quo ualemus insudare parati sumus; Veniens igitur ad nos dilectus filius noster abbas lubensis conradus. cum fratribus sibi commissis humili precum instantia postulauit. quatinus decimam quam predecessores nostri eidem contulerunt ecclesie nos priuilegij nostri subscriptione et sigilli impressione communiremus. Nos uero iustis peticionibus eorum annuentes. Ratam donationem antecessorum nostrorum habentes auctoritate nostra roboramus. Hec sunt igitur decime ad sanctum iacobum pertinentes. Vglinau. Zlaucowe. lubensi. Stutscou. ad sanctum iohannem. Vconar. Motsidliza.

/.

Vpanica lassouiz. Naxesru Vbalca. Ad sanctam mariam. Vyelaues. Moianszitz. Wolouo. item Wolouo. Grodanou. Zagorits. Ruske. Dunino. Janouichi. Craiouo. Slup. Barzleuichi. paruum Maluts. Polchouiz. Chelmetz. Vmasna. Vguatka. Godcouo. Rusinouiz. Gneuomir Vlad. Bogdanouo Wilcsin. villa bartolomei. Ad sanctum petrum de urozlau. Posarisce. Sarawin. Olpinou. Nos quoque pro remedio anime nostre consentiente capitulo superaddimus hec. Vgadke bruchatego. Zseske comararirum. In moyansitz quatuor uncos. In grodenou tres uncos. In conar dimidium uncum. Sane omne ius decimarum de uillis ad prefatum monasterium pertinentibus que nunc et in omni successu temporum inesse poterunt. scripti nostri auctoritate firmamus. et eas sanas et inconcussas fratribus inibi seruientibus assignamus. Et ut hec rata permaneant sigilli nostri inpressione sub iuncto anathematis firmissime confirmamus. Adhibitis idoneis te/

testibus quorum nomina sunt hec. Dux henricus. Abbas de sancta maria Alardus. Abbas de sancto uincentio. Ge=rardus. Martinus cancellarius. Benec decanus. Johan=nes cantor. Egidius. Mathias. felix. Odo. Moyses celle=rarius lubensis. Budiuoy. Petrus. Jarach. Jan. Voy=zlaus. Pribizlaus. bodardus. Paulus. Stephanus. henri=cus. Jascoel. Varmundus. lambertus. Laurentius capel=lanus ducis. Vitalis; Facta sunt hec in Vrozlauia in monasterio sancti iohannis. Anno ab incarnatione domini. Millesimo. ducentesimo. secundo. Indictione. quinta. Epacta XXV. Concurrente. I.

Nr. 31. 2)

In nomine domini ameN. Rebus temporaliter gestis littere sigillo roborate prestant immobile firmamentum. Ea propter ego Heinricus dei et beati Johannis gra=tia dux zlesie, presentis pagine scripto notum fa=cio presentibus ac posteris christi fidelibus uni=uersis quod sollempnis recordacionis inclitus Princeps et dux Bolizlaus condam pater meus contulit deo et beate Marie semper uirgini in lubens et fratri=bus cysterciensis ordinis inibi deo seruientibus. ipsum lubens cum foro ac suis pertinencijs uniuersis. et ego suam donacionem ratam habens animo uolenti roboro et confirmo. Et quia uouit ut ubicunque in suo dominio huic uite decederet. quod illius loci ambi=tus totus cum omnibus attinencijs suis nomine ac iure testamenti. et finalis elemosine sue. in lubens pertinere deberet. ubi sibi statuit sepulturam. huic uoto assensum beneuolum commodaui. Qui cum uocante deo in leznize decederet. Anno domini. M°. cc° primo /.

/.

super animam meam michi commisit. ut ipsum cenobium
pro amore prosequens uotum suum complerem terminos=
que uniuersorum possessionum illius dilatarem. et in
propria persona circuiens terminos diligenter metis cer=
tis distinguens communirem. quod eciam quantocius po=
tui curaui perducere ad effectum. et hoc de meo
tantummodo. et non alieno. Anno igitur domini
M°. cc°. ijo. in die ascensionis domini circuiui ipsum
lubens cum baronibus meis et hominibus circum=
manentibus. ibidem eciam addidi quedam que michi ui=
debantur ambitui competere. tam ea quam sortem
nomine stuchouo cum aliis sortibus siue uocabulis
prefate circuicioni includens. quarum loco klissouo rece=
pi circa trebniz. Addidi preterea in lubens om=
nes castores qui reperiri possunt in odra a tran=
situ qui cozi dicitur usque ad transitum qui uo=
catur lubensis. et omnes alios qui reperti fuerint
in omnibus alijs aquis eiusdem ambitus quem feci.
et lacum iuxta Matschiz cum castoribus et
uniuersis usibus. nec non ville slupe et incolis eius=
dem ville vendendi et emendi ac forum habendi

/.

/.

in omnibus sicut in lesnize contuli libertatem. responden-
in hoc eidem cenobio et in alijs pro territorio lesnicensi.
quo propter frequens iter meum de wratislauie in
legniz. et inde illuc redeundo carere non poteram ullo
modo. Item dirsicraij circuitum id est slupe cum omnibus
attinencijs eius. uidelicet montibus qui uocantur cholme
cum nemore suo. hermannesdorf. heinrichesdorf. slupe.
Ecclesia villa et curia. Craevo utrumque et beleniz.
quem circuitum filij eiusdem dirsicraij sub patris mei
ac multorum nobilium eius testimonio labentibus pro
duabus villis bogunov et zurocena commutauerunt bona
uoluntate. commutacionem rite factam plurimi baronum
meorum michi prestante relatu. ego denuo circuiui et
ut michi utile uisum fuit terminos ampliaui ambi-
tum totum signorum muniens firmitate. Preterea
circuitum predij vyazd dicti. quod comes Gneuomir
de posarische a patre meo sibi collatam et circui-
tum memoratis contulit cenobitis. cuius filius In-
gramus baro et castellanus meus. eandem colla-
cionem in mea audiencia recognouit. cum multitudine
nobilium ac wlgi iterato circuiens metisque mu-
/.

/

niens renouaui. et quibusdam pro meo libitu additis
confirmaui. Item comes bogdan villam de nomine suo
dictam quam sibi pater meus dederat et circui=
uerat pretaxato donauit monasterio, que nunc noua
curia uocatur similiter signis ambiens communiui.
Godek eciam seruicialis patris mei villam que god=
couo dicitur a patre meo pro suo sibi datam serui=
cio cum assensu eiusdem in lubens contulit. quam
stephanus castellanus meus uice mea cum pluri=
mis circumsedentibus ambiuit. signisque muniuit.
Item vitksino et Bresno sicut a quibusdam eidem
collata sunt monasterio. ita ego in propria persona
cum multitudine nobilium meorum et popula=
rium uicinorum comitatu circuiui et sub uno
districtu signis communiui. Capella preterea sanc=
ti Petri in lubens pertinet que est in urati=
zlaue cum omnibus suis attinencijs que pro dote
sibi sunt assignata a claustri fundacione. videli=
cet pars ville soraum. pars territorij olbino dict.
circa wratizlaue que omnia sicut precepi circuiri
ita confirmo. Item pons micore super wydnam

/.

iuxta sumare. et taberna. Item in lubens pertinet
carnificium in macellis wratizlaue singulis septimanis
trecentorum et plurium denariorum. insuper decima
de totali circuicione Posarische. Item dominus bar=
tholomeus dyaconus villam emptam a Razon que
sita est iuxta boriov. et nunc uocatur schone=
velt. in presencia patris mei et mea multorumque
baronum meorum et capellanorum tam patre meo
quam me assenciente deo et beate uirgini Marie in
lubens donauit. omne ius in ea suis filijs abnegans
et cognatis. qui eciam presentes totaliter abre=
nunciauerunt. Item wilschek castellanus de lubus
contulit fratribus in lubens partem osnetnice
que sita est iuxta Croznam. ex parte zarbie,
que nunc Guntheresberc et monchedorf uocatur
quam comes stephanus castellanus d (?) sagan
et tribunus Miroslaus cum uicinia circui=
uerunt. uice mea. Preterea frater meus domi=
nus Jarozlaus Episcopus wratizlauie tunc
dominus de opol contulit portensibus predium

/.

/.

Jarozlaue integraliter cum omni utilitate. Quo uiam u=
niuerse carnis ingresso. portensibus inde recedentibus et
predió abrenunciantibus ipsum predium pater meus una
mecum lubensibus contulit cum omni utilitate. et
cum omni collata primitus libertate. Addidi eciam
ego sepe dictis fratribus lubensibus curiam Gerungi
prope sanctum adalbertum in wratizlawie. Omnes
ergo has supradictas donaciónes. resignaciónes. et cir=
cuiciónes quas ego ipse circuiui uel circuiri mandaui
uice mea eidem loco lubensi confirmo ratifico incorpo=
ro et inuiscero cum omnibus suis pertinencijs. prout
in suis metis et terminis circumferencialiter sunt
distincta. dedi et confirmaui ac proprietatis tytulo
irreuocabiliter Adunaui pleno iure supremo et
infimo. manus et capitis. et omni dominio quiete
et pacifice perpetuis annis et seculis possidendas
tenendas. et in usus beneplacitos conuertendas. Volo
autem ut sepe nominatas donaciónes siue resigna=
ciones seu circuiciónes ab omnibus exacciónibus,
seruicijs. et solucionibus. angarijs. et perangarijs,
quocumque nomine censeantur libere sint exempte

/.

./.

gaudentes et utentes ea libertate qua alia bona Eccle=
sticа (?) solent perfrui et gaudere. Et quicunque in
aliquo hoc in minuerit uel aliquid in iurie irrogauerit.
manifeste contra deum et iusticiam faciet. et in
anime sue dampnacionem. Preterea quicumque homines
poloni uel theotonici. aut alterius gentis. cuiuscumque
fuerint condicionis. liberi an proprij. possessiones huius
claustri incoluerint. uel super eas habitauerint. per
abbatem in eis collocati quocumque iure. ab omnibus
iuribus polonicalibus. et ab omni seruicio principum.
palatinorum. castellanorum. et aliorum quorum libet
superiorum. et ab omnibus solucionibus. exaccionibus.
veqtigalibus. a stroza. a stan. quibuscumque nominibus
censeantur sint inperpetuum liberi et immunes. Soli
abbati et fratribus seruient ac eorum tantummodo
instabunt operibus et mandatis. Nulla castra uel
municiones construent. neque ad expediciones aliquas
ibunt. neque ad hoc subuenciones aliquas inuectu=
ris. annonis uel pecunia ministrabunt. sine iudi=
ces sint. aut coloni uel sculteti. sed medio tempore
ad seruicium claustri stabunt laborantes quitquit

./.

cis ab abbate preceptum fuerit proprijs in expensis. Nullus eciam hominum claustri per aliquem suorum com= plicium aut alienum citabitur ad principis. aut alterius cuiuscumque iudicis presenciam. nisi forte quod absit querulanti per iudices abbatis fuerit iusticia de= negada. nec comparebit. nisi fuerit per literam principis euocatus. ibi tamen saluo iure ut premit= titur abbatis responsurus. Et hec omnia et sin= gula successoribus meis integra et illibata sem= per in omne seculum fouenda et conseruanda super eorum animas reccomendo. verum igitur ne quis in posterum nostrorum successorum hec in= fringere ausu temerario presumat. et ne quis res uel possessiones prefati monasterij lubensi (?) quolibet modo. vi uel fraude diminuat. sigilli mei ea communiui inpressione et appensione ad pre= sentem paginam per manum Martini cancellarij adhibitis ydoneis testibus. quorum nomina sunt hec. Dominus cyprianus Episcopus wratizla= uiensis et canonici eius. Benicus decanus. Egi= dius archidyaconus. Johannes cantor. Magister Odo.

/.

dominus felix. dominus Mathias. dominus fri-
dericus. dominus laurencius. et alius laurencius.
Item andreas castellanus de Glogov. Nenkerus
de Bolezlauez. Worzlaus Judex curie Stephanus
castellanus de legniz. vizlaus de nouo castro. Ste-
phanus castellanus de sagan. et alij quam plures
nobiles uiri clerici et layci. qui cuncti inprecaban-
tur hec seruantibus bona a deo. infringentibus
uero supplicia sempiterna. Acta autem sunt hec
publice et data in Wratizlauie. Anno domini.
Millesimo. ducentesimo. secundo. In die beatorum
martirum Johannis et pauli. Indiccione quinta..
Regnante ... domino nostro ... Jhesu ... christo ...
in coelo et in terra ... nunc et per omnia secula...
seculorum. Amen.

In nomine domini amen. Heinricus diuina fauente clemencia dux zlesie cunctis tenorem presentium comperientibus salu=tem in domino sempiternam. Duplex beneficium noscimus inpendisse cum donaciones a nobis racionabiliter celebra=tas eciam per priuilegiorum euidenciam contra decursum temporis et hominum maliciam satagimus communire. Ea propter presenti scripto duximus declarandum presentibus ac posteris uniuersis. quod nos pro remedio anime nostre et progenitorum. ac sequacium nostro=rum. contulimus monasterio sancte dei genitricis sem=perque uirginis marie in Lubens. quingentos mansos magnos franconice mensure. in nemore et in mon=tanis. iuxta montem qui dicitur cholme qui cum silua sua in Slupe pertinet ab antiquo. Contuli=mus autem ipsos mansos in hæreditatem et pro=prietatem sempiternam cum omni utilitate et fructu qui nunc in eis est et esse poterit in futurum. tam sub terra quam super terram. cum siluis. et in siluis et aquis ~~et~~ ac uenacionibus sub hac forma. Primo.

./.

./.

centum mansos ad peticionem pie memorie dominj Conradi e=
piscopi condam halberstadensis iam dudum dicto monasterio
dedimus. libere et absolute. Deinde alios centum. in
commutacione bonorum in Stepin et nabitim ante ciui=
tatem wratizlauie ad sanctum nicolaum. Item centum
in commutacione bonorum in vrance. super fluuium
widauam. Item centum pro utroque Craceno circa Slu=
pe. et pro respectu laboris magni et obsequij quod
lubenses fratres nobis in constructione tectorum et
campanilis in Trebniz inpenderunt. Item centum sub
ea condicione donauimus ut tres prebendarij paupe=
res pro remedio anime nostre ac patris nostri et
filiorum nostrorum sub speciali tytulo nostre e=
lemosine in lubens perpetuo sustententur. Hos
ergo mansos large propter petrosa et siluosa mensu=
rari fecimus loca in quibus non est agrorum respectus
et in persona propria magnoque labore. cum multitudi=
ne baronum nostrorum ac populi circum sedentis ambien=
tes. signis ac metis fecimus fideliter communiri. Et
hec sunt nomina uillarum in cis nuper iure theo=

./.

./.

tonico locatarum. scilicet pomozin. Muchovo. Helmeri=
chesdorf. Sibotendorf. Rudengeresdorf. Rudolfesdorf. Cun=
cendorf. Jegerdorf. et Strekenbach. Et de hijs mansis quot=
quot uoluerit abbas pro silua et mellificijs ac
pascuis reseruabit ac disponet per omnia pro clau=
stri sui utilitate. Et quia quod dei est diuinoque
cultui mancipatum. incongrue subicitur seruicijs
aliorum. nec debet aliquomodo perturbari. propte=
rea omnes homines cuiuscumque sint gentis uel
condicionis. liberi uel seruiles qui sub abbate rese=
derint in hijs bonis. uolumus ut semper omnimoda
gaudeant libertate. et fruantur omni immunitate
ac gratia. seruitoribus ordinis cysterciensis a sede
apostolica collata. Et quia pater noster inclitus
condam dux Bolezlaus fundator lubenzis. omni=
bus hominibus eiusdem claustri. et in predijs illius
commorantibus plenissime condonauit. et decedens
huic seculo nobis super animam nostram et
successoribus nostris super animas ipsorum in omne
seculum seruandam ac fouendam cum inprecacione

./.

./.

maxima diuini iudicij commendauit. sicut et nos nostris
sequacibus principibus commendamus. videlicet quod omnes
homines claustri huius, cuiuscumque gentis aut iuris fu=
erint nulli omnino hominum prestabunt aliquod ser=
uicium. vel solucionem uel exactionem. uel strosam
uel stan. uel aliquod uectigal. nec castra principis con=
struent uel emandabunt aliqua. neque ciuitates. neque
ad expediciones ibunt que fient extra terram, neque
ad has subsidium aliquod exhibebunt. sed solum ad
metas terre pro defensione ipsius. coloni pedites.
et soltheti equites properabunt. Tempore autem
aliarum expeditionum que fient extra terram. uel
municionis ciuitatum seu castrorum laborabunt in ope=
re claustri quicquit eis fuerit imperatum. Judi=
cium nichilominus de omni causa in hijs man=
sis et in alijs bonis claustri abbati do totaliter
tam de capite quam de manu. ut ipse per suos
iudices tam theotonicos quam polonos. omni querelanti
iusticiam et iudicium faciat in quolibet iure. tam
suis quam alienis. et quicquit inde solucionis

./.

/.

euenerit tam pro culpis quam pro penis redimendis . ab-
batis suorumque iudicium totum erit. Si uero aliqua
causa tam difficilis emerserit. uel cuiusquam temeritas
aut potencia effecerit quod debito modo per iudices
abbatis terminari non possit. tunc ad curiam prin-
cipis disponatur in proximo castro . non nisi coram
principe iudicanda . et eo iure in quo is qui inpetitur
residebit siue sit theotonicus aut polonus . ita
dumtaxat quod quicquid pecunie pro solucione cul-
parum uel penarum de homine claustri quocumque
solui debuerit tunc . due partes cedent abbati . et
tercia suparijs curie remanebit . et hoc propter
testimonium ac bonum pacis . Nullus eciam ho-
minum claustri per aliquem suorum complicium
citabitur ad principis uel alterius cuiuscumque
iudicis presenciam nisi forte quod absit sibi
querelanti per iudices abbatis fuerit iusticia dene-
gata . Sed nec per alienum nisi ad abbatis
iudicem debet citari nisi iusticia deficiente .
nec sic comparebit nisi per litteram principis
/.

./.
euocatus . suo tamen iure ut supradictum est respon=
surus . saluo iure solucionis penarum et culpa=
rum ad abbatem pertinente . Verum ne quis in
posterum hec infringere temerario ausu presumat.
et ne quis res prefati monasterij. quolibet modo.
vi uel fraude diminuat sigilli nostri ea commu=
nimus inpressione. Adhibitis ydoneis testibus quo=
rum nomina sunt hec . Cyprianus episcopus wrati=
zlauiensis . Benicus decanus . Martinus cancellarius
noster . Egidius archidyaconus . Johannes cantor . Item
Andreas castellanus de Glogov. Nenkerus castella=
nus de bobzlauetz . voizlaus iudex curie . Ste=
phanus castellanus de legnizc . wizlaus castel=
lanus de nouo castro . Schanztobor castellanus
de zandouel . et alij quam plures honesti uiri
clerici ac laici . Actum et datum publice
in Glogov anno domini M°. cc°. iij°. v°. idus sep=
tembris . Indictione sexta . amen.

Innocentius episcopus seruus seruorum dei. Dilecto filio nobili uiro Henrico Duci polonie. Salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere sedes aposto=lica pijs uotis et honestis potentium precibus fa=uorem beniuolum impertiri. Eapropter dilecte in domino fili tuis iustis precibus inclinati. Mo=nasterium lubens quod illustris memorie .. pater tuus a fundamentis erexit et prediorum ac reddi=tuum largitione dotauit sub beati petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem omnes possessiones et redditus quos Monasterium ipsum iuste possidet et quiete auctoritate sibi aposto=lica confirmamus et presentis scripti patro=cinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et con=firmationis infringere uel ei ausu temeraria

./.

contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpse=
rit indignationem omnipotentis dei et beatorum petri
et pauli apostolorum eius se nouerit incursurum.
Datum laterani IIIj. kal Aprilis. pontificatus no=
strj anno Nono.

Ar. 43.

45

In nomine sanctę et indiuiduę trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia dux zlesię. vniversis christi fidelibus tam presentibus quam futuris. manifestum esse uolumus. quod nos de consilio et consensu domini laurentij wratizlauiensis episcopi. decimam in legeniz de toto campo zlafno. sancte Marię in lubens. liberam in perpetuum pro remedio animę nostrę contulimus. ita duntaxat ut sive nostra sive filiorum et successorum nostrorum. seu quorumque aliorum aratura ibi fuerit. eadem semper decima lubensi cenobio ex integro persoluatur. Contulimus preterea eidem cenobio pro remedio animę patris nostri. XIIII cim. lapides cere. ut iugiter ad sepulcrum ejus die ac nocte cereus ardeat. hoc statuentes ut de moneta in legeniz semper

./.

cera eadem persoluatur. Concedimus insuper fratribus lubensibus supranominatis, ut semel in anno duabus nauibus in pomeraniam pro allecibus. et bis in anno similiter duabus nauibus in gubin vel in lubus. sine teloneo per totam terram et dominium nostrum libere uadant, pro sale scilicet afferendo. vel si in nauibus ire noluerint seu non potuerint. magistro cujuslibet curie. XL currus ad annum pro sale similiter sine teloneo per totam terram nostram ire permittimus. ita ut si una uice currus totus quilibet non habeat. duabus vel tribus uicibus eundo hunc numerum non excedat. vt ergo hec omnia rata et in perpetuum inconuulsa permaneant. presentem exinde paginam conscribi. et nostro simul et predicti domini episcopi sigillo fecimus communiri. datum anno ab in car na tio ne domini. M°. CC°. XI°. in rokitniz. III. Idus aprilis. indictione quarta decima presente domno poznaniensis

/.

ecclesię electo paulo. et aliis multis nobilibus tam clericis quam la j cis.

Nr. 45. 47

In nomine Dominj Amen Quoniam ut ait apostolus omnes stabimus ante tribunal dej recepturi prout in corpore gessimus siue bonum siue malum. Ideo nos Bolezlaus Dux zlezie heres regni polonie et dominus olsnicensis et kalisiensis ad noticiam perdu= volumus posterorum quod cum nobilis vir Domi= nus fridericus Bodes cum messionis extreme pietatis opibus cupiens preuenire pro salute anime sue ac progenitorum suorum villam suam Tarchinsdorff dictam cum aqua et littora cum omnibus utili= tatibus rubetis merica mellificijs de consensu fra= trum suorum Domino Johanni Abbatj et Mo= nasterio lubensi suisque successoribus vendidit et resignauit cum omnj iure supremo et infimo manus et capitis Iure perpetuo possidendam.

/.

Nos igitur huic empcionj fauorabiliter prebentes assen=
sum eam ratam et gratam habentes ac presentis
scripti patrocinio prelibatam villam tarchinsdorff
confirmamus cum odera et littore cum omnibus
vtilitatibus rubetis merica mellificijs cum omnj iure
supremo et infimo manus et capitis secundum quod
est et fuit ab antiquo in suis metis et grenicijs
circumferencialiter distincta decernentes in perpetuum
ipsam villam ad dominum Johannem Abbatem
in lubens et ad suum monasterium libere in
perpetuum pertinere. In cuius rej testimonium
presentem litteram conscribi fecimus et nostro
Sigillo roborari Actum in Lubens ipso die
sancte dorothee anno dominj Millesimo CCxiij
presentibus Valtero castellano de Retzen Won=
schone castellano de Domantz Johanne struca
deman Nicolao de smolna et friderico deckam=
mer cancellario nostro et alijs quam pluribus

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Lau=
rencius miseracione diuina Wratislauiensis Episcopus
Omnibus hoc presens scriptum inspecturis salutem
perpetuam in domino. Cum episcopalis intersit offi=
cij ad edificacionem Corporis christi id est Ec=
clesie sollerter intendere. et decorem domus domi=
ni vt uarietate distincta refulgeat multipli=
citer ampliare. non mediocris est honoris et gra=
cie id ad honorem ipsius. cui ministrantes pater
honorificat effectu strennue (?) mancipare. Sane
hoc agitur. cum plantatur religio. loca collegiata
fundantur. In quibus indefesse reboat gracia=
rum accio et uox laudis. Hec est enim vitis
fructifera vinea domini sabaoth. Cuius pal=
mites longe lateque deducere ad nos perti=
net. vt ad uenena mortifera circumquaque

./.

/.

pellenda flores proferat et odores. quam non solum planta=
re sed et rigare nos oportet. Quod siquidem tunc
digne fit. cum non tantum spiritualibus. verum et
temporalibus beneficijs sine quibus mortalis hec vita
transigi non potest sufficienter amministratur. Ideo=
que notum facimus omnibus tam presentibus quam
futuris christi fidelibus vniuersis. Quod inspecta
pari deuocione fratrum Ordinis Cysterciensis. in
lubens nostre dyocesis. qui multa religione pol=
lentes. morum honestate prefulgentes. et circa
pauperum christi obsequia diligenter intenti.
iuxta prophetam eciam suorum vitulos deo iugi=
ter immolant labiorum. et innocentes orationi=
bus cum assiduis leuantes in celum manus. distric=
tum iudicem incessanter omnium christianorum
pro offensis interpellent. Necnon ad preces fra=
tris Conradi Monachi in Sychem quondam Hal=
uerstatensis Episcopi. Omnem decimam villarum
subscriptarum de consensu Capituli nostri eisdem
/.

./.

fratribus in lubens donauimus et confirmauimus libere et
quiete ac perpetuo possidendam. Cum eadem decima vil=
larum videlicet. In Posarsyzc de viginti duobus mansis.
In Schonenuelt de quatuordecim mansis. In Conradeswalde
triginta quinque mansi. de quibus septem spectant
ad Allodium. et tres ad iudicium. In Ingrammi villa
triginta octo mansi. de quibus duo pertinent ad iudicium
et de Allodio ibidem. In Rabyn de decem et octo
mansis. et sorte que wlgariter nominatur oberschar.
In Tarnow de quarto dimidio manso. In paruo Pyschyn
de Allodio. ad nos dinoscitur pertinuisse. Justum nam=
que est et apostolice sanccioni consentaneum. vt hij
potissimum attarij prouentibus communicent. qui
vigilantius attario deseruire probantur. Quod eciam
tranquillitati et paci dilectorum fratrum ante
dicti Monasterij lubens in futurum prospicientes
presentis scripti patrocinio confirmamus. rati=
ficamus. incorporamus et inuisceramus. ac pro=
prietatis tytulo irreuocabiliter adunamus do=
nacionem decimarum noualium de toto districtu
lygnecensi per dominum Zyroslaum Episcopum
./.

./
Wratislauiensem predecessorem nostrum domui prefate
lubensi factam in ipsius Ecclesie consecracione.
Igitur ne quisquam ausu temerario futuris temporibus
retractare presumat. vel super huiusmodi donacione
et confirmacione legittima sepe nominatum Mona-
sterium molestare. auctoritate dei omnipotentis et
beati Johannis Patroni nostri. ac nostra anathemate
prohibemus. vt autem pretaxata nostra et Capi-
tuli nostri donacio et confirmacio prememoratis
fratribus rata stabilisque permaneat. Sigillo-
rum municione videlicet nostro et Capituli nostri fe-
cimus hanc conscripcionem insigniri et ydoneorum
testium subscripcione roborari. Quorum nomina
sunt hec. Victor decanus. Jacobus archidyaconus.
Egidius scolasticus. Egidius canonicus et cancella-
rius. Alardus Abbas de sancto vincencio et
alij quam plures viri maturi et approbati. Da-
tum Anno domini. M°. cc°. xiij°. Indiccione pri-
ma. In Curia nostra Wratislauiensi. Quinto ka-
lendas Augusti.

C. In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Wilbernus di=
uina miseratione abbas portensis. Quia plerumque insti=
tuta mortalium que scripturę monimentis ad memoriam
hominum non reuocantur uetusta obliuione obsolescunt.
necessarium duximus quasdam ęcclesię lubensis decima=
tiones ad perpetuandam recordationis memoriam scripti
nostri inscriptione confirmare. Hinc est quod uniuersita=
ti fidelium constare uolumus quod beatę memorię Zy=
roslaus wrotizlauiensis ęcclesię episcopus decimas ville
que dicitur Devin lubensi cenobio pro remedio animę
suę totaliter contulit. quas in continua possessione
quieto iure tenuit. Processu uero temporis agricolę
proximę uille transadiacentem ripam istę quę dicitur
Clyzove ad extendenda noualia siluam extirpauerunt.
et e diuerso coloni alterius uillę que dicitur Devin
extirpando noualia sua extenderunt. Unde accidit quod
in collectione decimarum inter colonos utriusque ville

/.

./.

non parua litis discordia fuit suscitata. Huius autem litis dissensio a pie recordationis zyrozlao episcopo hoc tenore fuit consopita. ut omnes decimę usque ad extensionem adiacentis ripę lubensi integraliter cęderent ecclesię de decimis agrorum pertinentium ad clyssove. Decimę uero trans ripam collocate iuri attinerent episcopi. Decurso autem temporis. pię recordationis dominus cyprianus ępiscopus decimas uillę clyssovę Trebunicensi contradidit ęcclesię. Unde occasione huius donationis inter lubensem ecclesiam et trebunicensem super decimas de Devin non modica exorta fuit discordia, trebunicensi ęcclesia a colonis uille clyssovę extirpatorum ius decimationis sibi uendicante. Hec igitur controuersia ad iudicium nostrum deuoluta hoc modo fuit decisa de consilio domini Laurentij wrotislavie episcopi. et domini egidij archydiaconi. et cum scientia ducis zlesię heinrici. ut secundum primam diuisionem decimarum zyrozlai ępiscopi que legitima attestatione circumsedentium probata fuit. uniuersę decimę de devin cum decimis agrorum de clyssove lubensi attinerent ecclesię. alię uero

./.

/.

decimę trans ripam agrorum pertinentium ad devin. trebu=
nicensi cederent ecclesię. Ut autem hec rata et inconcussa
in perpetuum perseuerent. presentem paginam sigilli
domini laurentii wrotizlauie ępiscopi impressione
sed et sigilli nostri cautione roborauimus. Acta
autem sunt hec anno dominice incarnationis M°CC°XV°.
presente domino heinricho duce zlesię. et domino Egy=
dio archydiacono.—

Innocentius episcopus seruus seruorum dei dilectis filijs Abbati monasterij lubensis ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis In perpetuam memoriam. Religiosam uitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium. ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito reuocat. aut robur quod absit sacre religionis infringat. Ea propter dilecti in domino filij uestris iustis postulationibus clementer annuimus et Monasterium sancte deigenitricis et uirginis Marie in quo diuino mancipati estis obsequio. sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. et presentis scripti priuilegio communimus. In primis siquidem statuentes. ut ordo monasticus qui secundum deum et beati Benedicti regulam atque institutionem Cisterciensium fratrum in eodem Monasterio institutus esse dinoscitur. perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Preterea quascumque pos=

./.

./.

sessiones. quecumque bona idem Monasterium impresentia-
rum iuste et canonice possidet. aut in futurum conces-
sione pontificum. largitione Regum vel Principum.
oblatione fidelium. seu aliis iustis modis prestante
domino poterit adipisci. firma vobis vestrisque
successoribus et illibata permaneant. In quibus
hec proprijs duximus exprimenda vocabulis Locum
ipsum in quo prefatum Monasterium situm est
cum omnibus pertinentijs suis. piscationes et ius
capiendi castores quod habetis in flumine Odre
a Cozi usque ad transitum qui dicitur lubens.
et alijs circumfluentibus aquis. lacum iuxta Mas-
chic cum pertinentijs suis. de clup. de viard.
de Bogdano. que noua curia dicitur. de Wilxin.
de Schonuelt. de Gotcouao. partem de zerauin. de
wrancham. et de Stepin iuxta wratislauiam posses-
siones. cum omnibus pertinentijs earundem. redditus
quoque a bone memorie waltero. ziroslao. Jaroslao.
et Cypriano. ac venerabili fratre nostro lauren-
tio Episcopo Wratislauiensi. de consensu Capitu-
li sui Monasterio vestro concessos. nec non et

./.

./.
annuum redditum ducentarum et octoginta librarum cere. quos
Nobilis vir. H. Dux zlesie de prouentibus Castri sui legnicz
pia uobis liberalitate concessit. cum pratis. uineis. terris.
nemoribus. usuagijs. et pascuis. in bosco et plano. in aquis
et molendinis. in uijs et semitis. et omnibus alijs liber=
tatibus et immunitatibus suis. Sane laborum uestro=
rum quos proprijs manibus aut sumptibus colitis....*
de possessionibus* habitis ante concilium generale. siue
de ortis. et uirgultis et piscationibus uestris. uel de nutri=
mentis animalium* uestrorum*....*etiam de noualibus. nullus
a uobis decimas exigere uel extorquere presumat. Liceat
quoque uobis clericos uel laicos liberos et absolutos
e seculo fugientes ad conuersionem recipere. et eos absque
contradiccione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut
nulli fratrum uestrorum post factam in Monasterio
uestro professionem fas sit absque Abbatis sui licentia
de eodem loco discedere Discedentem uero, absque commu=
nium litterarum uestrarum cautione, nullus audeat
retinere. Quod siquis forte retinere presumpserit.
licitum uobis sit in ipsos Monachos uel conuersos
regularem sententiam promulgare. Illud districtius
inhibentes. ne terras seu quodlibet benefitium ecclesie
./.

./.
uestre collatum, liceat alicui personaliter dari. siue alio modo alienarj. absque consensu totius Capituli. uel maioris aut senioris partis ipsius. Sique uero donationes aut alienationes aliter quam dictum est facte fuerint. eas irritas esse censemus. Ad hec etiam prohibemus, ne aliquis Monachus siue conuersus sub professione uestre domus astrictus, sine consensu et licentia Abbatis et maioris partis Capituli uestrj pro aliquo fideiubeat. uel ab aliquo pecuniam mutuo accipiat, ultra precium Capituli uestri prouidentia constitutum: nisi propter manifestam domus uestre utilitatem Quod si facere forte presumpserit, non teneatur Conuentus pro hijs aliquatenus respondere. Licitum preterea sit uobis in causis proprijs siue ciuilem siue criminalem contineant questionem, fratrum uestrorum testimonijs uti. ne pro defectu testium ius uestrum in aliquo ualeat deperire. Insuper auctoritate apostolica inhibemus, ne ullus episcopus uel quelibet alia persona ad Synodos uel Conuentus forenses, uos ire, uel iudicio secularj de uestra propria sustantia uel possessionibus uestris subiacere compellat. nec ad domos uestras causa ordines celebrandi. causas tractandi. uel aliquos
./.

./.
conventus publicos convocandi venire presumat. nec regula-
rem electionem Abbatis vestri impediat. aut de instituendo
vel removendo eo qui pro tempore fuerit contra statuta
Cisterciensis ordinis se aliquatenus intromittat. Si vero epi-
scopus in cuius parrochia domus vestra fundata est cum
humilitate ac devotione qua convenit requisitus substitutum
Abbatem benedicere. et alia que ad offitium episcopale
pertinent vobis conferre renuerit. licitum sit eidem
Abbati si tamen sacerdos fuerit, proprios novitios be-
nedicere. et alia que ad offitium suum pertinent ex-
cercere. et vobis omnia ab alio episcopo percipere, que
a vestro fuerint indebite denegata. illud adicientes
ut in recipiendis professionibusque a benedictis vel bene-
dicendis abbatibus exhibentur, ea sint episcopi forma
et expressione contenti, que ab origine ordinis nosci-
tur instituta. ut scilicet Abbates ipsi salvo ordine
suo profiteri debeant. et contra statuta ordinis sui nullam
professionem facere compellantur. Pro consecrationibus
vero altarium vel ecclesiarum. sive pro oleo sancto. vel
quolibet ecclesiastico sacramento. nullus a vobis sub
obtentu consuetudinis vel alio modo quicquam audeat
extorquere. sed hec omnia gratis vobis episcopus diocesanus
impendat. alioquin liceat vobis quemcumque malueritis
catholicum adire antistitem gratiam et communionem
./.

./.

apostolice sedis habentem. qui nostra fretus auctoritate no=
bis quod postulatur impendat. Quod si sedes diocesani
episcopi forte uacauerit. interim omnia ecclesiastica sa=
cramenta, a uicinis episcopis accipere libere et absque
contradictione possitis. sic tamen ut ex hoc imposte=
rum proprijs episcopis nullum preiudicium genere=
tur. Quia uero interdum propriorum episcoporum
copiam non habetis. si quem episcopum Romane
sedis ut diximus gratiam et communionem haben=
tem. et de quo plenam notitiam habeatis per uos
transire contigerit. ab eo benedictiones uasorum et
uestium. consecrationes altarium. ordinationes Monacho=
rum auctoritate apostolice sedis recipere ualeatis.
Porro si episcopi (uel) alij ecclesiarum Rectores
in Monasterium uestrum uel personas inibi con=
stitutas. suspensionis. excommunicationis. uel inter=
dicti sententiam promulgauerint. siue etiam in
mercennarios uestros pro eo quod decimas sicut
dictum est non persoluitis. siue aliqua occasione
eorum que ab apostolica benignitate uobis indulta
sunt. seu benefactores uestros pro eo quod aliqua
uobis benefitia uel obsequia ex caritate prestiterint.

./.

./.

uel ad laborandum adiuuerint, in illis diebus in quibus uos laboratis et alij feriantur eandem sententiam protule=rint. ipsam tanquam contra sedis apostolice indulta prolatam, duximus irritandam. Nec littere ille firmi=tatem habeant quas tacito nomine Cisterciensis or=dinis. et contra tenorem apostolicorum priuilegiorum constiterit impetrarj. Preterea cum commune inter=dictum terre fuerit. liceat uobis nichilominus in uestro Monasterio exclusis excommunicatis et in=terdictis diuina offitia celebrare. Paci quoque et tranquillitati uestre. paterna imposterum solli=citudine prouidere uolentes. auctoritate apostolica prohibemus. ut infra clausuras locorum seu grangiarum uestrarum, nullus rapinam seu furtum facere. ignem apponere. sanguinem fundere. hominem temere capere. uel interficere. seu uiolentiam audeat exercere. Prete=rea omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis Pontificibus ordini uestro concessas. necnon et libertates et exemptiones secularium exac=cionum a Regibus et principibus uel alijs fideli=bus rationabiliter uobis indultas, auctoritate apo=

./.

/.

stolica confirmamus. et presentis scripti privilegio com=
munimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum
liceat prefatum Monasterium temere perturbare. aut eius
possessiones auferre. vel ablatas retinere. minuere. seu
quibuslibet vexationibus fatigare. sed omnia integra
conserventur eorum pro quorum gubernatione ac susten=
tatione concessa sunt. usibus omnimodis profutura.
salva sedis apostolice auctoritate. Siqua igitur in
futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre
constitutionis paginam sciens contra eam temere veni=
re temptaverit. secundo terciove commonita nisi rea=
tum suum congrua satisfactione correxerit. potesta=
tis honorisque sui dignitate careat. reamque se divino
iuditio existere de perpetrata iniquitate cognoscat. et
a sacratissimo corpore et sanguine dej. et domini re=
demptoris nostri Jhesu christi aliena fiat. atque
in extremo examine districte ultioni subiaceat.
Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus, sit
pax Domini nostri Jhesu christi. quatinus et hic
fructum bone actionis percipiant, et aput distri=
ctum iudicem premia eterne pacis inveniant. AMEN.
AMEN.

In nomine ihesu christi amen. Ego Laurentius wra=
tizlauiensis episcopus per egidium scolasticum limita=
ui ecclesias sancte Marie virginis in lubens per=
tinentes. Nouerint igitur presentes et futuri quod
ad capellanum sancti iohannis in foro cura per=
tinet animarum in uillis quarum nomina sunt
hec. ipsum lubens. Glynane. Rataé. zagorici. pra=
uicovo. Coze. Tarchowici. Chomesa. Malscici. Lazna.
Kauici. Dambici. Quatcouici Parchouici. Lessici. Ozo=
rouo. Item ad ecclesiam sancte Marie in zlup. Jan=
couici. Janouici. scossouo. tynez. warmuntouici. Gneo=
mirouici. pribilouici. paulouici. Maluce. kneginici.
Brochteuici. polcouici. holmici. Dobrennici. Sycho=
uici. et alij Sychouici. kraéwo. et paruum kra=
ieuo. Item ad ecclesiam sancte Marie virgi=
nis in viazd superior et inferior uilla. Scize=
rowici. persino. Nemirowici. Janussowici. Streléi.
./.

/.

Socotnici . pichorowici: Langeunici . jzerowici . Bodissowo . et Bodissowo . Carnici . postolici . wstozlauici . Dlugomilo=wici . wratizlauici . AmeN. —

In nomine sancte et indiuidue trinitatis, ego lau-
rentius miseratione diuina wratizlauiensis episco-
pus. notum facio presentibus et futuris. quod de
petitione uenerabilis abbatis Guntheri de
lubens. de mandato nostro et rogatu domini Ja-
cobi wratizlauiensis archidiaconi. magister egi-
dius scolasticus. limitauit ecclesias sancte Ma-
rie virginis in lubens pertinentes, anno domi-
ni M°. cc°. xvij°. mense februario. Nouerint
igitur presentes

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Laurentius miseratione diuina Wrotizlauiensis episcopus. Ordo karitatis exigit, ratio suadet pietatis, sed et offitij nostri debitum expostulat quatinus iustis religiosorum peticionibus facilem ac benignum prebeamus assensum, ut tam in presenti quam in futuro apud dominum meritis ipsorum et laborum participio gaudeamus. Hinc est quod uniuersitati fidelium presentium et futurorum constare uolumus quod nos cum unanimi capituli nostri consensu de peticione uenerabilis abbatis Gvntheri de lubens et conuentus ipsius omnes decimas ecclesie sue et ecclesiarum sibi attinentium et subditarum quas legitima donatione predecessorum nostrorum beate memorie WalthERI. Zyrozlai. Yarozlai. Cypriani. nostra quoque donatione diuersis temporibus facta iuste obtinuerunt. potestate qua deo auctore fungimur eidem abbati et fratribus suis legitimisque successoribus ipsorum confirmamus. Sunt autem hee

/.

./.

decime eidem cenobio attinentes. uidelicet decime loci qui lubens nuncupatur cum toto circuitu suisque limitibus distincto. Wylkrin cum toto circuitu. in quo continetur porcio quedam que brezni uocatur. cuius decimationem dominus egidius cancellarius pro ecclesia in vraz reclamabat. pro qua eidem egidio cancellario de consensu capituli nostri contulimus decimationem tercie partis uille de Gemelno. quam habebant Nycolaus et frater suus filii Witozlai. Zlup cum toto circuitu. Bogdanouo cum toto circuitu. Godkouo. Uilla bartholomei que modo uocatur sconiuelt cum toto circuitu. cuius decimatio pertinebat ad prebendam domini Jacobi Wrotizlauiensis archydiaconi. pro qua idem archydiaconus de consensu nostro et capituli nostri acceptauit ab ecclesia lubensi sex maldratas in teutonicis de Olau. in ea portione que ibi contingit ecclesie lubensi. a primis qui ibi soluturi sunt decimam. Quod si minus sex maldratis prefatam domum contingeret. tenetur eadem domus prebende prefati Jacobi archydiaconi supplere ibidem et eodem modo in perpetuum. Si uero plus sex maldra-

./.

./.

tis ibidem monasterium contingeret. Wrotizlauiensis capituli esse debet cum ea portione que cedebat monasterio pre-dicto ad aurum per arbitrium Conradi monachi in dychem quondam haluerstadensis episcopi. quam portionem nos con-tulimus capitulo ęcclesię nostrę in opus refectionum. cum eadem portio ad mensam nostram redierat. accedente eccle-sia beati Nycolai in stepin pro commutatione iuris decimationis quod nos contingebat in nemore ad aurum in uicino de zlup circa teutonicos. de quo nemore per dictam commutationem usque ad quingentorum manso-rum maiorum decimationem cuiuscumque fuerit fundi de consensu capituli nostri suppleuimus decimationi de ducentis mansis. quorum decimationem antea scilicet anno domini. M°. cc°. XVI° contuleramus sepe fato mo-nasterio ad preces dicti Conradi. et nunc decima-tionem ipsorum quingentorum mansorum confirmamus ita tamen ut quinquaginta maiorum mansorum decima-tio cedat ęcclesijs que infra illum ambitum consur-gent. quod in facto commutationis expressimus. quia ibi in decimis nichil nobis retinuimus. quod in dotem ecclesiis illis assignare possemus. Preterea

./.

./.

iam prefatę ecclesię scilicet lubensi confirmamus decimas
istarum uillarum. Wolouo. et alterius Wolouo. Moyancici.
Grozanouo. in Devin. Velauez. uilla Quatkonis. cuius portio
quedam pertinebat ad magisterium wrotizlauiense. proqua
et pro portione in Rogouo quod continetur in ambitu
lubensi de consensu nostro et capituli nostri accepta=
uit Egidius magister ab ęcclesia lubensi eam portio=
nem quam ecclesia lubensis habebat in lassouici
pro bono pacis. ne particularis perceptio induceret
contentionem. villa Mazen. Jankouici. et Janovici.
iuxta Dunino. Kraieuo. et paruum Kraieuo. Polko=
uici. Helmec. et Dobren. Brochleuici. Decimam
de Gneginiz iuxta paruum Maluzc. uillam Lesco=
nis camerarij de luzoboc. Preduchno. quod Gran ha=
bet. Oprouo. Zlauno iuxta Legniz. quicumque arauerit
ubi modo aratura ducis est. Decimam de Zxalica
in uilla Helmberti. quam nos contulimus altari san=
cte Katerine. Sortem Vlrici sueui de legniz. et
sortem Radomili. Molovici. Sifridovici. Wrobli=
no iuxta Vin. circa Zlup uilla Stanizlai. Decimas
de Jarozlavo cum uillis omnibus que modo sunt et

./.

./.
in posterum erunt inter Ozoblogam et Stradunam usque in Odram. ubi felicis recordationis dominus Jarozlaus clau=strum ceperat fundare quod contulerat portensibus. Sed portenses de morte ipsius turbati de communi consensu resignauerunt quicquid ibi iuris habebant filie sue in lubens. Item villam Martini Zeme=niz. Wroblino. que inter hos terminos non conti=netur. Item ad sanctum Jacobum. Glynane. Scuko=uici. Sortem zlaucouo iuxta cozi. Ad sanctum Johannem. Conare. Borassici. vel Lanka quod idem est. Mocidilniza. Balek. Kzer. Ad sanctum Petrum in Wrotizlauia decimam ho (?) Pozariach; tocius illius circuitus. et sortem de Zorauino. quam sortem contulit Mycora ecclesie beati Petri. et nos decimam que pertinebat prebende domini vincentij. loco cuius dedimus decimam de villa Grobica prebende eiusdem domini vincentij eo et capitulo collaudante. Decimam quoque de duo=decim mansis qui in villa tyslini mense episcopali pertinebant. quam dedimus cum consensu capituli nostri ad ecclesiam sancte Marie sanctorumque Martini et Cecilie in Vyazd. quam nos consecra=

./.

/

uimus. Igitur auctoritate dei omnipotentis et beate Marie uirginis beatique Johannis patroni nostri, et nostra districtissime inhibemus ne aliqua in futuro ecclesiastica secularisue persona hanc nostram canonicam et legiti= mam confirmationem canonicorum nostrorum consensu et sigillo firmatam. mutare. conuellere. aut minue= re aliqua temeritate presumat. Quod si attempta= re presumpserit. dei omnipotentis et beate Marie uirginis sanctique Johannis patroni nostri nec non et omnium sanctorum indignationem. et penam ex= communicationis nouerit se incursurum. Ut autem hec rata et inconuulsa in perpetuum perseuerent. presentem cautionis paginam de hac confirmatione conscriptam sigilli nostri impressione et canonico= rum fecimus insigniri. et ydoneorum testium sub= scriptione roborari. Quorum nomina sunt hec.

Heinricus dux Zlesie et Heinricus filius suus.

Victor decanus Vrotilauiensis (?). Jacobus archy= diaconus. Egidius scolasticus. Egidius canonicus et can= cellarius. Alardus abbas de sancto Vincentio. Wi= tozlaus abbas de sancta Maria. Stephanus ca= stellanus de Boloslauez. Zobezlaus castellanus

/.

Wrotizlauiensis. Predzlaus castellanus Glogouiensis. Petrus castellanus Legnicensis. et alij quam plures venerabiles uiri et approbati. Hec confirmatio facta est anno domini. Millesimo ducentesimo octauodecimo. Indictione sexta. in ecclesia sancti Johannis. in Wrotizlauia. XIIII kal. Maii.

1. 69. 62

Honorius episcopus seruus seruorum dej. Dilecto filio.. Abbatj de Lubes (?) Cisterciensis ordinis. Salutem et apostolicam benedictionem. Ad imploracionem dilectj filij Nobilis virj.. Ducis Zlesie curam et uisitatio=nem Monasterij Trebnicensis iniunctam olim.. Ab=batj de porta per felicis recordationis. J. papam. predecessorem nostrum discretioni tue in spiritualibus dicimur commisisse. Quia uero per diligentiam tuam sicut Dux ipse astruit inge monasterium predic=tum recipit incrementum. cum sororibus loci eiusdem humiliter postulauit a nobis. ut curam prefatj monasterij etiam in temporalibus tibi committere digna=remur. ita quod non nisi per tui Cisterciensis ordinis monachos cuius sunt memorate sorores de ipso mona=sterio et personis et rebus eiusdem tua sollicitudo disponat. cum idem monasterium collapsum extiterit pro eo quod non fuerunt sui ordinis qui de illo hac=

./.

/.

tenus disponebant. Nos ergo de tua gerentes prudentia
fiduciam pleniorem, sollicitudinem et uisitationem
ipsius monasterij tam in spiritualibus quam tempora=
libus diligentie tue duximus committendam. per apo=
stolica tibi scripta precipiendo mandantes. quati=
nus nonnisi per earundem sororum ordinis monachos
de ipsis et rebus earum et monasterio supradicto
disponas Datum Viterbij ij kal. februarij Pon=
tificatus nostrj Anno Quarto. –

Nr. 70

Honorius episcopus seruus seruorum Dej. Dilectis in christo filiabus .. Abbatisse et Monialibus de Trebniz Wratizlauiensis diocesis. Salutem et apostolicam benedictionem. Cum sicut proponitis curam et sollicitudinem Monasterij uestri. Dilecto filio .. Abbati de Lubes Cisterciensis ordinis duximus committendam ex quo iam non modicus prouenit uobis et Monasterio uestro et de die in diem major speratur prouenire profectus, nobis humiliter supplicastis, ut prouidere nequis impediat quo minus Abbas ipse huiusmodi curam sibi commissam exerceat dignaremur. Nos ergo qui in ecclesiarum profectu gaudemus uestris iustis precibus inclinati districtius inhibemus nequis temere impedire presumat quo minus idem Abbas mandatum quod sibi super hoc fecimus exequatur. Datum viterbij iij. Jdus

/.

1.
Martij Pontificatus nostrj Anno Quarto.-

HONORIUS episcopus seruus seruorum dej. Dilectis filijs .. Abbati Cisterciensi et vniuersis coabatibus(?) eius et fratribus sub eodem ordine deo seruientibus Salutem et apostolicam benedictionem. Constituti iuxta uerbum prophete licet insufficientibus meritis super gentes et regna officij nostrj debi=tum decenter exequimur cum euellimus euellenda et plantanda plantamus recta regimus et dirigi=mus indirecta. Significastis siquidem nobis. quod in quibusdam partibus consuetudo detestabilis inoleuit, uidelicet, quod cum aliquj emulantes charismata meliora Monasteria uestri ordinis uolunt causa religionis intrare. ut ibi domino famulentur, Ca=pellanj eorum donec ab ipsis pecuniam que mor=tuarium nuncupatur extorqueant prout a parro=chianis suis decedentibus consueuerunt accipere, illis temere se opponunt. Quare super hoc nostre prouidentie remedium postulastis. Volentes igitur abu=

./.

./.

sum corruptelle huiusmodi abolere, auctoritate uobis presentium indulgemus. ut Capellanorum contradictione huiusmodi non obstante, liberas personas ad uos e seculo fugientes, libere recipere ualeatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dej. et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Viterbij. v. Kl. Maij. Pontificatus nostrj Anno Quarto.

HONORIUS episcopus seruus seruorum dej. Venerabilibus fratribus. Archiepiscopis et Episcopis, et dilectis filijs alijs ecclesiarum Prelatis ad quos littere iste peruenerint. Salutem et apostolicam benedictionem. Benefaciens dominus bonis et rectis corde, dilectos filios fratres Cisterciensis ordinis in uia mandatorum ipsius inoffense currentes tamquam populum acceptabilem sibi numero et merito ampliauit. eisque de rore celi et terre pinguedine benedicens. dilatauit locum tentorij eiusdem ordinis et pelles tabernaculorum eius extendit. Sed quod dolentes referimus in uia hac qua ambulant superbi contra eos laqueos extendentes, immo uelud torrentes iniquitatis irruentes in eos, ipsos bonis suis que soi domino sunt dicata, non solum nequiter defraudare cum filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sint. uerum etiam

./.

./.

iniquitate potentes violenter spoliare nituntur. et quod gravius est non nulli de hijs quj eos debuerant in christi visceribus carius amplexarj et favora=bilius confovere. ipsos inmanius persequentes, privilegia que ipsis a sede apostolica suis exigen=tibus meritis futuris indulta gestiunt penitus enervare. dicendo illa fuisse omnino in generali concilio revocata. vel alias intellectum privile=giorum ipsorum ita maligna interpretatio=ne ad libitum pervertendo quod nisi os iniqua loquentium obstruatur, nil restet quin predicti fratres privilegiorum suorum pene penitus fructu frustrentur per quod illi non tam eisdem fratribus quam nobis iniuriarj pro=bantur, dum contra sedis apostolice indulgen=tias memoratos fratres temere perturbare presumunt, molientes contra nostre plenitu=dinem potestatis, dum indulta nostra irre=verenter impugnant. Nos igitur quj predictos fratres speciali prerogativa dilectionis et

./.

gratie amplexamur, utpote quj ingiter offerentes domi=
no, suorum vitulos labiorum non solum nobis sed etiam
universali ecclesie pijs intercessionibus incomparabiliter
suffragantur. nolentes eorum sabbati huiusmodi uexa=
tionibus amaricarj quietem quos potius tenemur omni=
modis consolari. vniuersitatem uestram monemus et
hortamur attente. ac pro apostolica uobis scripta pre=
cipiendo mandamus. quatinus supradictos fratres ob
reuerentiam diuinam et nostram habentes in uisce=
ribus caritatis. eis priuilegia et indulgentias apo=
stolice sedis eisdem concessa inuiolabiliter conser=
uetis. et faciatis ab alijs conseruarj. Salua mo=
deratione concilij generalis. uidelicet ut de alienis
terris a tempore predicti concilij acquisitis et de ce=
tero acquirendis exoluant (?) decimas ecclesijs quibus
ratione prediorum antea soluebantur. nisi aliter
cum eis duxerint componendum. Alias quoque pre=
dictos fratres ab incursibus malignorum taliter
defendatis, quod defensores iustitie ac pietatis
probeminj amatores. Deumque nobis propitium et
nos reddatis fauorabiles et benignos. Datum
viterbij. v. kl. Maj Pontificatus nostrj Anno
Quarto.

nr. 75.

HONORIUS episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filijs. Abbati Cisterciensi et uniuersis coabbatibus eius. et fratribus sub eodem ordine deo seruientibus. Salutem et apostolicam benedictionem. Contingit interdum, quod nonnulli proprijs incumbentes affectibus dum sanctionum sensum legitimum ad sua uota non habent accomodum superinducunt adulterum intellectum in temporali compendio eternum dispendium non timentes Sane sicut audiuimus, quidam suo nimis inherentes ingenio nimiumque uoluntarij interpretes concilij generalis, de nouatibus post idem concilium acquisitis, a uobis intendunt decimas extorquere. Ne super hijs uos contingat indebita molestatione uexari. nos interpretationem illorum intellectuj constitutionis predicti conci-

./.

./

lij super Cisterciensium decimis edite asserimus pere=
grinam. In ipsa quidem expresse cavetur ut de alie=
nis terris a tempore predicti concilij acquisitis et
amodo acquirendis, si eas proprijs manibus aut sum=
ptibus colueritis decimas persolu...s *ecclesijs qui=
bus ratione prediorum antea soluebantur. uerum
si ad prope positum aciem discretionis extendant,
aduertentes nichilominus de quibus noualibus apo=
stolica sedes intelligat, indulgentiam super tali=
bus pijs locis concessam, non sic circa noualia
nouo interpretationis ludibrio ingenia fatigarent.
Inhibemus igitur auctoritate presentium, ut nul=
lus a nobis de noualibus a tempore concilij pre=
dicti excultis uel in posterum proprijs manibus
aut sumptibus excolendis, decimas exigere uel
extorquere presumat. Nulli ergo omnino homi=
num liceat hanc paginam nostre inhibitionis
infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si=
quis autem hoc attemptare presumpserit, in=
dignationem omnipotentis dei. et beatorum Pe=
tri et Pauli apostolorum eius se nouerit incur=

./

/.

surum. Datum viterbij. v. kal. Maij. Pontificatus nostrj Anno Quarto.

Nr. 77

HONORIUS episcopus seruus seruorum dej. Dilectis filijs vniuersis Abbatibus et Conuentibus Cistercien=sis ordinis Salutem et apostolicam benedictionem. Cum preter pauperem uictum uestrum omnia bona uestra hospitalitatj et alijs pijs operibus officio=sissime sint exposita, satis inhumane alijs aufer=re uidetur egenis quicquid a uobis uiolentia uel ingenio extorquetur. Nec quia dominus manuum uestrarum operibus benedicens, uiaticum peregrinatio=nis uestre, quantomagis illud fraterna caritate in usus pauperum distribuitis t.. magis celesti alluuione multiplicat, estis deterioris condicionis habendi, sed potius melioris cum non nisi uasis pa=ratis celestis gratie oleum infundatur quod pauperis mulieris deficientibus uasis stetit. Li=cet igitur largiente domino Monasteria uestra plus solito temporalium floreant ubertate,

./.

./.

quia tamen exinde pauperibus uberius subuenitur, nos uo=
lentes eo, uos de speciali gracia fauorabilius confouere,
quo exinde illi propensius complacere nos credimus.
quj quod uni ex minimis suis fit, sibi reputat esse
factum, deuotiónis uestre precibus inclinatj, aucto=
ritate uobis presentium indulgemus, ne apostolice
sedis legati procuratiónes pecuniárias à Monasterijs
uestris exigere uel extorquere presumant. sed cum
ad domos uestras accesserint, sine carnium esu ci=
bis regularibus sint contentj. Nulli ergo omnino
hominum liceat hanc paginam nostre concessionis
infringere, uel ei ausu temerario contraire. Siquis
autem hoc attemptare presumpserit, indignatió=
nem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pau=
li apostolorum eius se nouerit incursurum. Da=
tum viterbij. v. kal. Maij. Pontificatus nostri
Anno Quarto.

St. 78 70

HONORIUS episcopus seruus seruorum dej. Dilectis filijs. Abbati Cisterciensi et vniuersis coabbatibus eius et fratribus sub eodem ordine deo seruientibus. Salutem et apostolicam benedictionem. Cum ordinis vestri generosa plantatio multe religionis et honestatis flores et fructus protulerit, effuso longe lateque laudabilis conuersationis odore apostolice sedis auctoritas considerans, per Marthe sollicitudinem prouidendum esse Marie quieti, ut orantis Marie suffragijs satagentis Marthe sollicitudo ministerij iuuaretur, ne alicuius temeritatis incursus sancte conuersationis otium perturbaret, ordinem ipsum et priuilegijs et nonnullis indulgentijs specialis gratie prerogatiua muniuit. Nos autem quij salutifera comoda uestra benigno fauore prosequimur tranquillitati uestre libenter prout possumus prouidemus auctoritate presentium inhiben=

/.

./.

tes, ne legati sedis apostolice sine speciali mand.........
excommunicationis vel suspensionis et in Monasteria
vestra interdicti sententias contra ea que vobis s... =
.... * promulgent. Nulli ergo omnino
hominum liceat hanc paginam nostre inhibitionis in=
fringer .... * traire. Siquis autem hoc attem=
ptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et
beatorum Pet......... * lorum eius se noverit incursu=
rum. Datum viterbij. v. Kal. Maij. Pontificatus no=
strj Anno Quarto.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Ego laurencius wratislauie episcopus. notum facio presentibus et futuris. quod precibus fratrum meorum. abbatis. b. et conuentus eius delubens commutauj decimam de sorte sancti laurencij de craiov. cam conferens beate Marie. et pro ea beato laurencio contuli decimam devilla dirsconis iuxta legnich. vt autem ista firma sint. sigilli mei. et predicti abbatis inpressione muniui. Actum anno ab incarnatione domini. M°. c°. c°. X°. X°. VII° kal. iunij. pontificatus nostri anno XIIII°.

Nr. 87.

Honorius episcopus seruus seruorum dej. Dilecto filio .. Abbati de Lubes Cisterciensis ordinis Wra=tizlauiensis dioceseos. Salutem et apostolicam be=nedictionem. Dilecte in christo filie Moniales de Trebniz in nostra fecerunt presentia reci=tarj. quod cum earum Monasterium tibi secun=dum tui ordinis instituta commiserimus in spiri=tualibus et temporalibus disponendum. tu quasi exonerarj desideres. exhibes te remissum. „ nolens„ conuersis mulieribus „ religionis „ earum habitum quem postulant exhibere. propter quod nobis humiliter supplicarunt ut exequi te commis=sam tibi sollicitudinem faceremus. Quocirca discretionj tue per apostolica scripta mandamus quatinus in hijs que a nobis tue sunt commisse providentie. tuum diligentius officium exequaris habitum religionis earundem Monialium, conuer=

./.

./.
sis mulieribus illum postulantibus exhibendo. Datum Laterani. IIj. Idus Januarij. Pontificatus nostrj Anno Quinto.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia dux zlesie. vniuersis tam presentibus quam secuturis christi fidelibus manifestum esse uolumus quod nos de nostre liberalitatis munificentia pro remedio anime nostre concessimus fratribus in lubens deo seruientibus. ut semel in anno pro afferendo sale similiter duabus nauibus in Gubin uel in lubus absque telones per totam terram nostri dominij libere uadant. uel si in nauibus ire noluerint. seu non potuerint magistro cuiuslibet grangie quadraginta currus ad annum pro sale similiter sine telones per totam terram nostre potestatis ire permittimus. ita dumtaxat ut si una uice tot currus quilibet non habeat, bis uel ter aut amplius eundo prefixum numerum non excedat. vt ergo hec rata et in perpetuum inconuulsa permaneant presentem exinde paginam conscribi et nostro sigillo fecimus commu=

./.

/.

niri. Datum anno domini. M°. CC°. XX°. II°.

Ego Heinricus dei et beati Johannis gratia Dux Zlesie. Notum facio presentibus et futuris hoc scriptum inspecturis, quod quando pro remuneratione dei, et ad nutum venerabilis Abbatis domini Guntheri de lubens villam Sychouam nuncupatam ad claustrum prefatum contulitissem. pro eo ut et eiusdem uille coloni mei videlicet decimi rustici. bona uoluntate uillam jam dictam exirent. uitare cupiens ipsorum coram deo obiectionem. a jugo seruitutis quo hactenus subiecti fuerunt liberos esse deinceps concessi. concedens eisdem jus quod Lazanki dicitur perpetuo habendum, Hec est autem familia de qua mentionem agimus. Gloshec cum fratre Malos. Bozek cum filiis. Vecish. Drobac. Swenza. cum fratre Myron. Radost cum fratre Mylos. Bogdan. Cosmasch. cum filio. Bobola cum fratre sizlao. Psar cum filiis. Mankak cum fratre Malik. Ne uero hec nostra donatio alicui

./.

./.
post hec in dubium vertatur, sigilli nostri munimine censuj roborandam. Statuj itaque: homines supra notatos staroste Bogdano de Polkouic qui et Lasanki offi=cio pre est esse subiectos. Actum anno M°.CC°. XX. I°I°I°.

Laurentius miseratione diuina wratislauiensis epi=
scopus. vniuersis christi fidelibus ad quos presens
scriptum peruenerit Salutem in uere salutis auc=
tore. Vniuersitati uestre notumfacimus. quod ad
peticionem venerabilis patris domini Guntherj
Abbatis de lubens constituimus terminos ecclesie
sancte Marie in Kasimir. inter fluuios hozzoblo=
gam et stradunam usque ad Odoram. in omnibus
uillis fundatis atque fundandis excepta sola uilla
Nitalouizo que pertinet in Ocnant. et ultra stra=
dunam in uillis tantum subscriptis. scilicet .I. brudina.
.II. Smogoz. .III. karcouo. .IV. bozchenchino. .V. kozki. .VI. Trau.. =
.. .VII. Tuardoua. .VIII. Zueslona. villa .IX. Na.. zhlaj. in
.XII. tribus uillis Andree. villa .XIV. vrbani. Si quis
autem contra istam limitationem aliquid habeat
excipere. infra triennium excipiat et publice con=
./.

./.
tradicat. Alioquin post triennium ipsius exceptionem non admittemus. cum terminus satis sit prolixus usque ad tres annos. Actum in lubens. vj°. Idus septembris. Anno uerbi incarnati. M°. cc°. XX°. IIj°. In presencia dõnicaj scolastici. henrici. . iderici canonicorum wratislauiensium. Reginaldi plebani et Archipresbyterj de opol et multorum Aliorum.

Nr. 86.

Ego heinricus dei gratia dux zlesie ad primam peticio=
nem filie mee . cum deo se constanter offerens secu=
larem habitum et animum mutaret . in trebeniz .
hanc libertatem cenobio lubensi concessi . ut scili=
cet forum lubense ab omni polonica exactione
sit exemptum . uidelicet ut monetarius nulli po=
mot imponat . nil ibidem iuris habeat in tribus foris
immutationem monete . sal uendendi et nummos cam=
biendi . Concessi etiam ut nullus de hominibus clau=
stri sine licentia abbatis . prioris . sine cellerarii
ad aliquod iuditium prouocetur . et quotiens expe=
ditionem nostram indixerimus . homines in circui=
tione lubensi quicquid necessitas claustri exe=
gerit interim operentur.

IN NOMINE SANCTE ET INDIVI=
DVE TRINITATIS. HEINRICVS diuina
fauente clementia Dux Zlesie. Duplex beneficium
noscimus impendisse. cum donationes a nobis rationabi=
liter celebratas. etiam per priuilegiorum euidentiam
contra temporis maliciam satagimus communire. Ea
propter vniuersis christi fidelibus tam presentibus
quam futuris presenti scripto duximus declarandum.
quod nos pro remedio anime nostre et progenitorum
nostrorum de fauore et consensu filij nostri Heinrici.
quingentos mansos in nemore nostro iuxta Montem qui
dicitur Colma. Monasterio beate dei genitricis Ma=
rie in Lubens. in proprietate contulimus sub hac
forma. Primo centum Mansos ad petitionem pie
memorie domini Conradi Episcopi quondam Haluir=
stadensis. iam dicto Monasterio libere dedimus et
absolute. deinde alios centum in commutatione bo=
norum in Stepin. item centum in commutatione bo=
./.

./.

norum in Wranze. Item centum pro respectu laboris vel obsequij quod fratres de Lubens nobis in edificatione cam=panilis in Trebniz impenderunt. Itemque centum sub ea conditione donauimus, ut tres prebendarij pro remedio anime nostre et patris nostri sub speciali titulo no=stre elemosine. in Lubens perpetuo sustententur. Hu=ic etiam priuilegio necessario duximus inserendum. quod preter hos quingentos Mansos. quos supra distinximus singillatim, adhuc alios quadringentos in territorio Lubusensi sitos, duobus Monasterijs Lubensi videlicet et Trebnizensi, legitima donatione contu=limus equaliter partiendos. cum lacubus et pratis omnibusque suis pertinentijs. cum omni utilitate que vel in presentiarum inest, vel inesse poterit in futurum forum etiam inibi fieri permittendo. accedente simi=liter ad hec filij nostri Heinrici consensu. Igi=tur tam prefatos quingentos Mansos quos Lu=bensi Cenobio specialiter contulimus. quam istos quadringentos quos Lubensibus et Trebnizensi=bus simul dedimus inter ipsos equaliter par=tiendos, sua singulis, sicut rationabiliter contulimus perpetuo confirmantes. presentem cautionis paginam

./.

./.

exinde conscriptam. sigillo nostro et sigillo filij nostri Heinrici fecimus legitime communiré. et idoneorum testium subscriptionibus roborari. quorum nomina sunt hec. Ipse Heinricus filius noster. Zobezlawus et frater eius Bolezlawus nepotes nostri. Vlricus Castellanus et Lubin. Clerici. Naslawus Archidiaconus vratizlaviensis noster prothonotarius. Heinricus Canonicus vratizlaviensis et Capellanus de Wlan. Conradus Canonicus vratizlaviensis Notarius filij nostri. et alij quam plures. Acta sunt hec in lubens, coram Conventu. Anno ab incarnatione Domini. M°. cc°. XX. IIII°. XVj°. Kalendas Augusti.

IN nomine domini ihesu christi Amen. Ego Kasi=
mirus dei gratia dictus Dux de Opol. omnibus
hanc litteram inspecturis tam presentibus quam
futuris salutem in auctore salutis. Dignum
est ut ea que uiris religiosis conferuntur scrip=
turarum cautione muniri. ne id posteritas aude=
at immutare. quod precedentium honestate pro=
borum uirorum testimonio confirmatur. Notifico
siquidem presenti pagina presentibus et futuris
quod pro remedio anime mee. et patris mei. matris=
que mee. contuli beate Marie virgini in Lubens
iure hereditario ecclesiam que est in Kasimiria.
et fundum qui est adiacens ipsi ecclesie. quem
ex precepto meo circuiuit comes Rostec et co=
mes Stephanus. Huius autem fundi terminus
est uallis que est inter ecclesiam predictam et
Kasimiria, a Stradune usque in Ozoblogam dans

./.

/.

cis liberam facultatem ipsum fundum sibi facere fructiferum et utilem. prout ipsis plus uisum fuerit expedire. Data est hec littera anno gratie. M°CC°XX°VI. in noua villa in presentia Johannis castellani de Cosee (Cosel?). Mistigneui pincerne. Crispini gladiatoris. Nicolai subdapiferi. Laurentij suppincerne. Ztresonis subcamerarij. Cuhalonis capellani. Zandianj capellanj.

Nr. 91. 80

In nomine domini iesu christi AMEN. Kasimirus dei gratia dux de opol presentibus et futuris presens scrip=tum audituris in uere salutis auctore salutem. Quo=niam multorum auaricia seu perfidia corrumpi solent ea que a quibusdam statuuntur nos ne nostris statutis similia contingant prouidere uolentes per presens scrip=tum intimamus tam modernis temporis nostri quam sequacibus nostris quod anno gratie. M°cc°xxi°. x° Kal. de=cembris. circuiuimus hereditatem cum baronibus nostris nomine gossintin. quam comes stogneuus in presencia nostri et baronum nostrorum sollempniter obtu=lit in manus domini. G. abbatis de lubens con=ferens eam pro remedio anime sue. beate Marie in lubens presentibus capellanis nostris sebastiano cancellario. Martino scemnizc. eustachio. manico. et nobilibus nostris. Jazckone. Nazzlao. woytech grimizlao. stephano pluribusque aliis. Preterea de peticione iam dicti abbatis indulsimus post=

/.

4.

modum. Anno domini M°. cc°. xxv°. iij° Kal. decembris. pro remis=
sione peccaminum nostrorum colonis teutonicis in iam
dicta villa gosscintin omnem libertatem teutonicorum
sicut est in villa nostra Bela eximendo eos ab omni
iure polonico ut est de poduaodis et preuuodis et ve=
stigiis fugitiuorum indagandis et his similibus que
a iure teutonico sunt aliena. Insuper concessimus
eisdem colonis carnificem unum. pistorem unum.
tabernarium unum ab omni exactione et inquieta=
tione liberos. A collectis nichilominus seu peti=
cionibus que in quibusdam terris generaliter ad om=
nes fiunt perpetualiter uolumus ut sint im=
munes sepedicti coloni. De expeditionibus simi=
liter extra terram. Infra uero ut iuris est pro
communi deffensione terre. ut eo ualidius hostilis
incursio reprimatur tenentur fore obligati. De
iudiciis autem hec erit lex ut de percussione et
contencione et simplici uulnere non ad mortem
nullum ad aduocatum uel iudicem nostrum habe=
ant respectum sed iudicium inter se habeant.
Auferimus namque omnem potestatem iudicibus
nostris iudicandi in iam dicta uilla preter iudicium
./.

./.
capitis quod ad nos respiciet. Quod iudicium uidelicet
capitis et mortis absolute iudici nostro in bela
exequendum committimus una cum sculteto eiusdem uille.
Si uero placatio facienda fuerit de iam dicto iudi=
tio capitis. una pars nobis cedet. altera abbati.
tercia sculteto de gossintin. Hoc autem iudicium
in sepe fata uilla gossintin est exercendum sicut
in bela. Et quia per omnia iuri illo uolunt esse
subditi quod est in bela statuimus ut si quis
polonus pro quacumque causa quemquam ipsorum
prouocauerit tali iuditio teneatur secundum quod
habitatores de bela in huiusmodi causis iudicantur.
Acta sunt hec in opol anno gratie. M°.cc°.xxvj°.
XV°. Kal. marcij. presente domino Laurentio Wra=
tislauiensi episcopo. Sebastiano cancellario. Mar=
tino zcemnize. Reynoldo plebano de opol. Nicolao
capellano episcopi et alberto capellano eiusdem
episcopi. Bezlaus etiam iudex huic negotio inter=
fuit cum quibusdam militibus. Preduozio grimi=
zlao subiudice. Mathia notario. petro capellano
./.

cancellarij. Tomaslao preposito de rebnic. et confratre eius Martino.

Nr. 94.

Gregorius episcopus seruus seruorum dei dilectis filijs abba=
tiae lubens ejusque fratribus tam presentibus quam
futuris regularem uitam professis. In perpetuam memo=
riam Religiosam uitam eligentibus apostolicum con=
uenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis
incursus ..... oposito reuocet aut robur quod absit
sacre religionis refringat. Eapropter dilecti in domino
filij uestris iustis postulationibus clementer annui=
mus et Monasterium sancte dei genitricis et uirginis
Marie de Lubens .. in quo diuino mancipati estis ob=
sequio sub beati petri et nostra protectione susci=
pimus et presentis scripti priuilegio communimus. In
primis siquidem statuentes ut ordo Monasticus qui
secundum deum et beati Benedicti regulam atque
institutionem Cisterciensium fratrum in eodem Mo=
nasterio institutus esse dinoscitur perpetuis ibidem
temporibus inuiolabiliter obseruetur. Preterea quas=
cumque possessiones, quecumque idem Monasterium
./.

·/.
impresentiarum iuste ac canonice possidet aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel principum oblatione fidelium, seu alijs iustis modis prestante domino poterit adipisci firma nobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec proprijs duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in quo prefatum Monasterium situm est cum omnibus pertinentijs suis de lubens. de Wilkrin. de zlup. de Gneomir. id est vyazt. de Bogdanovo et de Godlovo. predia cum circuitibus et limitibus suis. Predium Bartholomei scilicet. Sconevelt cum toto circuitu. Gzatkon (?) de Maze. de Jancovici. de Jannovici iuxta dinino. de Cravino. et de parvo Cravino. de Polkowici. de helmech. de Bobrenici et de Brochlevici predia cum omnibus pertinencijs suis. Gesconis. de preduchno. de Oprovo. et de zlauno predia cum omnibus pertinentijs suis. Predium Martinj zemeniz wrobinum. cum pertinentijs suis inter Ozoblogam, et Stradunam usque in Oderam. de Monkestorp. et de Contersberch predia cum pertinentijs suis. Ex dono Henrici Ducis zlesie ducentos Mansos in territorio Lubucensi. De lubens de W.l.... de zlup. de
·/.

./.

Gneomir idest vyart. de Bogdanouo. de Godkouo. et Mon=
kestorp. de Gontersberch de Quingentis Mansis in nemore
ad aurum in vicino de zlup: de Wolouo. et alio Wolouo.
de Moiancici. de Grozanouo in Dewin .... * predij Qua=
then. De Maze. Jancouici. Jannouici juxta diuino.
Craie..v * et * paruo * C..... * ..... * helmici. * Dobren.
Brochouici. de Gnechemiz. predij Gesconis. preduchno.
Oprouo zlauno. de zkalica * eorum que habuerunt v=
ricus sueui de legniz. et Rodomelus Malouici. S=
fridouici. de Wroblini. Stanizlai de Jarozlav * inter
* Ozoblogam et Stradunam usque in Oderam. predij
Martini zemeniz .... * que habuit zla.....
* iuxta cozi. de Conare. Borassici. Mocidlnice.
Balech. .. * in Wratis..... de pozarisch cum
pertinentijs suis. eorumque Michora habuit in
zorauin et de duodecim mansis in villa Tislini * cum omni=
bus pertinentijs eorundem decimas quas.. Wratizlauiensis
Episcopus Wratizlauiensis * Capituli * .... * de * consensu Mo=
nasterio nostro pia liberalitate donauit. Ex dono.. Lu=
bucensis Episcopi de consensu Lubucensis Capituli deci=
mam de Ducentis Mansis in in(?) territorio Lubucensi
cum pratis. uineis. terris. nemoribus. .... * et pascuis
in Bosco et plano. in aquis et molendinis. in uijs et semi=

./.

%.

tis. et omnibus alijs libertatibus et immunitatibus suis Sal=
ua super predictis decimis moderacione concilij generalis. Sane*
laborum uestrorum de possessionibus habitis ante concilium
generale ac eciam noualium que proprijs manibus aut
sumptibus * colitis. siue de ortis uirgultis et piscationibus
uestris. uel de nutrimentis ......*... rum* nullus a
uobis decimas exigere uel extorquere presumat. Lice=
at quoque uobis clericos uel laicos liberos et abso=
lutos e seculo fugientes ad conuersionem recipere. et
eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus
insuper ut nulli fratrum uestrorum post factam
in Monasterio ....* professionem. fas sit sine Abba=
tis sui licentia de eodem loco discedere. Disceden=
tem uero absque ....arum* uestrarum cau=
tione nullus audeat retinere. Quod siquis retinere
forte presumpserit licitum uobis sit in ipsos
Monachos uel conuersos regularem sententiam pro=
mulgare. Illud districtius inhibemus .. terras* seu
quodlibet beneficium ecclesie uestre collatum
liceat alicui personaliter darj. siue alio modo
alienarj absque consensu totius Capitulj uel

%.

X

uel maioris aut sanioris partis ipsius. Sique uero dona=
ciones uel alienaciones aliter quam deinde est facte fue=
rint eas irritas esse censemus. Ad hec etiam prohibemus
ne aliquis Monachus siue conuersus sub professione
uestre domus astrictus sine consensu et licentia Ab=
batis et maioris partis uestri Capituli pro aliquo
fideiubeat. uel ab aliquo pecuniam mutuo accipiat
ultra pretium capituli uestri prouidencia constitu=
tus. nisi propter manifestam domus uestre utili=
tatem. Quod si facere forte presumpserit non
teneatur conuentus prohijs aliquatenus respondere.
Licitum preterea sit uobis in causis proprijs siue
Ciuilem siue criminalem contineant questionem fra=
trum uestrorum testimonijs uti. ne pro defectu
testium ius uestrum in aliquo ualeat deperire.
Insuper auctoritate apostolica inhibemus. ne
ullus Episcopus uel alia quelibet persona ad sino=
dos uel conuentus forenses .....* uel iudicio se=
cularj de uestra propria substantia uel posse=
ssionibus uestris subiacere compellat. nec ad do=
mos uestras causa ordines celebrandi ....* tractan=

/.

./.

dj. uel conuentus aliquos publicos conuocandj uenire presumat.
nec .... Abbatis uestri electionem impediat. aut de
instituendo uel remouendo eo qui pro tempore fuerit con=
tra statuta cisterciensis ordinis se aliquatenus intromit=
tat. Si uero Episcopus in cuius parrochia domus uestra
fundata est cum humilitate. * ac deuotione qua con=
uenit requisitus substitutum abbatem benedicere.
ac alia que ad officium episcopale pertinent uobis
conferre renuerit licitum sit eidem abbatj si ta=
men sacerdos fuerit proprios nouitios benedicere
ac alia que ad officium suum pertinent exercere.
et uobis omnia ab alio Episcopo recipere que a
uestro * fuerint indebite denegata. Illud adicientes
ut in recipiendis professionibus que a benedictis
uel benedicendis abbatibus exhibentur ea sint
Episcopi forma et expressione contenti que ab ori=
gine ordinis noscitur instituta. ut scilicet Ab=
bates ipsi saluo ordine suo profiterj debeant....
.... * statuta ordinis sui nullam professionem
facere teneantur. Pro consecrationibus uero altarium

./.

./.

uel ecclesiarum siue pro oleo sancto uel quolibet alio
ecclesiastico sacramento nullus a uobis sub obtentu
consuetudinis uel alio quolibet modo quicquam audeat
extorquere sed hec omnia gratis uobis episcopus
diocesanus impendat. Alioquin liceat ......* quemcunque
malueritis catholicum adire antistitem gratiam
et communionem apostolice sedis habentem. qui nostra
fretus auctoritate uobis quod postulatur impendat.
Quod si sedes diocesani Episcopi .... uacauerit in=
terim omnia ecclesiastica sacramenta a.........
.........* et absque contradictione possitis. sic
tamen ut ex hoc in posterum proprijs Episcopis
nullum preiudicium generatur. Quia uero interdum
propriorum episcoporum copiam non habetis siquem
Episcopum Romane sedis ut diximus gratiam et
communionem ....m* notitiam habeatis
per uos transire contigerit ab eo benedictiones uaso=
rum et uestium consecrationes altarium ordinatio
nes Monachorum auctoritate apostolice sedis reci=
pere ualeatis.* Porro si episcopi uel alij ecclesiarum

./.

/.

Rectores in Monaster .... stitutos * suspensionis excommunicationis vel interdicti sententiam promulgaverint. sive etiam in mercennarios vestros pro eo quod decimas sicut dictum est non presolu... * sine aliqua occasione eorum que ab apostolica benignitate vobis indulta sunt. seu .... tores * vestros pro eo quod aliqua vobis beneficia vel obsequia ex caritate prestiterint vel ad laborandum adiuver... * in illis diebus in quibus vos labo= ratis et alij feriamur eandem sententiam protulerint ipsam contra sedis apostolice indulta ...... * duximus irritandam. Nec littere ulle firmitatem habeant quas tacito nomine cisterciensis ordinis et contra te= norem apostolicorum privilegiorum constiterit impetrari. Preterea cum commune interdictum terre fuerit liceat vobis .... in Monasterio vestro exclu= sis excommunicatis et interdictis divina officia celebrare. Paci quoque et tranquillitati vestre paterna in posterum sollicitudine providere .... ntes * auctoritate apostolica prohibemus. ut infra clausuras locorum .... * grangiarum vestrarum nullus rapinam seu furtum facere.

/.

%
ignem apponere sanguinem fundere hominem temere ca=
pere vel interficere. seu violentiam audeat exercere. Pre=
terea omnes libertates et immunitates a predecessori=
bus nostris Romanis Pontificibus ordini vestro concessas.
nec non et libertates et exemptiones secularium
exactionum a Regibus et princibus (?) vel aliis fideli=
bus rationabiliter vobis indultas auctoritate apo=
stolica confirmamus et presentis scripti privilegio com=
munimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum
liceat prefatum Monasterium temere perturbare.
aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere,
minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare,
sed omnia integra conserventur eorum pro quorum
gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus
omnimodis profutura. Salva sedis apostolice auc=
toritate. Siqua igitur in futurum ecclesiastica
secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam
sciens contra eam temere venire temptaverit,
secundo tertiove commonita nisi ... tum* suum
congrua satisfactione correxerit potestatis hono=
risque sui dignitate careat. reamque se divino
iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat.
%

./.

et a sacratissimo corpore et sanguine dei et domini redem=
ptoris nostri ihesu christi aliena fiat atque in extremo
examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem
loco sua iura seruantibus sit pax domini nostri ihesu
christi. quatinus et his fructum bone actionis per=
cipiant et apud districtum iudicem premia eterne
pacis inueniant. AMEN. Amen

In nomine domini nostri jhesu christi AMen. Transire uidentur dies cum tempore. pariterque facta modernorum preter illa que litterarum apicibus in testimonium succedencium submittuntur. Quod nos henricus dei et beati iohannis gratia dux zlesie considerantes notumfieri uoluimus tam presentibus quam futuri temporis hominibus per presens scriptum quod cum nos ad nutum et peticionem domini Gun=theri uenerabilis abbatis de lubens uillam nostram de minore sichova cenobio lubensi pro alia villa kotkhor commutassemus decima eiusdem sichoue ad ecclesiam in wlan pertinente illud de nostra et coniugis nostre hedewigis permissione. nec non et filij nostri henrici iunioris ducis zlesie et anne uxoris sue capellano et nostro assencien=te henrico cuius tunc temporis fuit ecclesia in Uolan interuenire pertulimus quod idem

/.

./.

abbas de consensu sui capituli tantumdem decime pro decima, et insuper trium mansorum decimam ecclesie de uulaN redonaret in duabus uidelicet uillis Lasnitova parua et Creyoua nuncupatis quod et fecit sicut tunc uiris discretis mediantibus sollerter fueart interceptum. Set (?) ne aliquando cuiquam tam celebre factum dubium habeatur, censuimus nostro et filij, coniugis. et nurus. henrici capellani nostri superius memorati. sigillorum appencionibus cartam obiectam roborare. Actum in Rogketnize. Anno gratie millesimo ducentesimo. XX°Viij°. X°. kalendas Maij. istis presentibus quorum nomina sunt subscripta. Zobezlaus. et Bolezlaus. duces boemie. Cunradus castellanus de Crozcna. Lassota. ..armundus. Boguzlaus. Nazclaus archidiaconus. Otto. Martinus. Cunradus. zlauicus. voyanus. et alij quam plures.

In nomine domini nostri ihesu christi Amen. Obliuioni traduntur facta mortalium. nisi firmis litterarum api-cibus posteris relinquantur. Inde est quod nos Zobezlaus dei gratia dux Boemie notificamus tam presentibus quam futuris. quod bone memorie Pribizlaus miles noster uiam uniuerse carnis ingrediens. de scire meo et uoluntate bona. domui lubensi in terra zlesie ubi sepulturam elegit. pro remedio anime sue. et fratris sui wrasconis. pia liberalitate tres hereditates suas contulit. uidelicet Rad-lize. Cruzci. Prestawilci in prouincia curimensi sitas. ita inquiens. quod nulli cognatorum seu amicorum suorum memoratas cuperet hereditates intantum. sicut filio dei et eius genitrici. nec aliquem uellet relinquere de suo patrimonio heredem. preter beatam uirginem et eius filium qui pro ipso mori dignatus est. Ne autem ulli hominum factum tam celebre in dubium uertatur. sigilli nostri appensione et testium subscrip-tione presentem cartam duximus roborandaM. Actum

./.

./.

in Rognize Anno gracie M°. cc°. XX°. VIII°. V°. idus Maij. istis presentibus. Dionisio. Jatozlao. znancone. Petro. zezema. Uvladone. Stresimiro. Rosnata. Martino. conzda. militibus. Stephano. Marco fratre cozse. Marco. tiderico, sacerdotibus. et Godonione.

Nr. 107.

90

Nos Heinricus dei gratia Dux zlesie. Notum esse uolu=
mus tam presentibus quam futuris. quod Bartos miles
noster villam suam prope Lignic sitam, proprio que
nomine nominatam. coram nobis. pro suorum remedio pec=
catorum, deo et beate MaRie virginis ecclesie in Luben.
ad manum Guntheri Abbatis contulit. perpetuo pacifice
possidendam. sub tali tamen forma. ut ad terminum uite
proprie. et vxoris. utrisque predicte uille usus libere de=
seruiret. Post mortem uero ipsorum de uilla prememorata
fieret. quidquid Abbati. et conuentuj eiusdem ecclesie
sanius uideretur. et ipsam reciperet ecclesiam uo=
luntatj proprie seruituram. Huius rei testes sunt
Bero Aduocatus. noui forj. Nemero miles. Heinricus
nouj fori Scultetus. Alexsander Scultetus de wra=
tislauia. Dominus Heinricus de wben. wratislauiensis
Canonicus. Heinricus physicus noster. Acta sunt hec
Anno Dominice Incarnacionis. M°. cc°. xx°. viii°. Et
ut hec ipsius donacio. a nullo ualeat hominum
./.

./.
postmodum immutari. Sigilli nostri munimine duximus ro=
borandam. et ut ampliori firmitudine muniretur. post=
modum in Crosten (?) ad expedicionem contra teutonicos.
coram filio nostro Heinrico Juniore Duce Zlesie. et ne=
potibus nostris. Zebeslao. et Boleslao. Ducibus Bohe=
mie. et omnibus terre nostre baronibus concessi fuimus.
nullo contradicente. coram nobis. et prenominatis. hanc
donacionem solempniter esse factam.

Nr. 108 91

In nomine ihesu christi Amen. Quum teste veritate in nouissimis diebus multorum karitas refrigescet. ne rite acta impiorum peruersitas ualeat perturbare. nos. H. dei et beati Johannis patrisque nostri gratia Dux zlesie ad posteros et presentes fideles animaduertimus diriuandum. quod comes Stoygneus filius Comitis Conradi pro remedio peccatorum suorum contulit villam totam Bogunovo uulgo dictam et medietatem alterius ville Vezurocona dicte deo et beate Marie in Lubens inperpetuum possidendas. nostro assensu nostrique filij Henrici super hoc accedente. Verum cum super hoc Comes Rosech filius Dirsikraij domino Abbati et quibusdam fratribus de Lubens circa nos in Crosten commorantibus mouisset questionem. et mediantibus

./.

./.

nostris baronibus sopita fuisset questio inter ipsos. et mo-
dus compositionis in alia nostra littera sit expressus: nos
et noster filius iterato uolentes expressius finem litibus
imponere, notificandum posteris decreuimus quod sepe dictus
Comes Rosech, coram nobis fuit protestatus quod ipsam
donationem Lubensi cenobio a cognato suo Stoygneo
factam et a seipso per compositionem memoratam,
uberius confirmatam, ab omnibus cognatis suis presentibus
uel futuris est pollicitus emercari. ita quod nullus
de cognatis ipsius comitis Rosech memoratis Domino
Abbati et fratribus de Lubens super hijs villis mo-
uere ualeat amplius aliquam questionem, sepe fatum
autem cenobium de Lubens pacifica possessione ipsarum
villarum ualeant in perpetuum exultare. Acta sunt
hec coram nobis et nostro filio iuniore Duce Zlesie
Anno dominice incarnationis. M°. cc°. XXXI°. in vraz.
in die beati vincentij episcopi. presentibus nostris
nepotibus Sobezlao. et Bolezlao. Ottone subdapi-
fero nostro. et Stephano fratre eius. Gaulo came-
rario nostro. Pribiuoy. fratre eius. Domino Nas-

./.

./.

zlao Prothonotario nostro. Domino Conrado de Rokete,
nizc Prothonotario filij nostri. et alijs quam pluri-
bus.

No. 110.

93

GREGORIUS episcopus seruus seruorum dej. Dilectis filijs .. Abbatj et Conuentuj Monasterij de Lubes Cisterciensis ordinis Wratislauiensis diocesos. Salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere sedes apostolica pijs uotis et iustis supplicantum postula-tionibus fauorem beniuolum impertirj. Eapropter dilectj in domino filij uestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, redditus quosdam quos de concessione bone memorie Peregrinj Castellanj de Sidlou et quorundam aliorum nobilium nos cano-nice proponitis assecutos sicut illos iuste ac paci-fice possidetis uobis et per uos Monasterio uestro auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nullj ergo omni-no hominum liceat hanc paginam nostre confir-mationis infringere, uel ej ausu temerario contra-ire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit ./.

./.

indignationem omnipotentis dej. et beatorum Petrj. et Paulj apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Inter apnii Nonas Maij. Pontificatus nostrj Anno Sexto,..

Gregorius episcopus seruus seruorum dei venerabili fra=
tri. Episcopo Wratislauiensi et Dilecto filio .. Ab=
bati de Lubes Cisterciensis ordinis Wratislauiensis
dioceseos Salutem et apostolicam benedictionem.
Ex parte tua fili Abbas et dilectorum filiorum
Conuentus Monasteriorum tue cure commissorum *
fuit a nobis humiliter postulatum ut cum qui=
busdam ex ipsis quorum quidam ingressum in dicta
* Monasteria * symoniacum habuerunt, quidam
uero tam pro iniectione manuum in se ipsos quam
religiosos alios uel seculares clericos uiolenta seu
pro detentione proprii uel inobedientie aut conspi=
rationis offensa excommunicationis uel suspensionis
uinculo innodati sacros ordines susceperunt, aut
diuina officia celebrarunt, ne occasione huius=
modi detur eis euagandi materia in salutis proprie
./.

./.

detrimentum, eis primitus iuxta formam ecclesie absolu-
tis dispensarj per discretos aliquos in illis partibus fac-
remus. Nos igitur de discretione vestra plenam fiduciam
obtinentes dictum negotium vobis quj de factis et eorum
circumstantijs universis intelligere poteritis plenius
veritatem duximus committendum. discretionj vestre
per apostolica scripta mandantes. quatinus circa
fratres predictos illis qui manus iniecerunt in se
invicem violentas, per vos, illis vero quj in fratres
claustri vel religionis alterius seu seculares clericos
presumpserunt huiusmodj violentiam exercere, per
vos ac passorum iniuriam Abbates vel Prelatos
etiam, nisi excessus eorum essent adeo difficiles
et enormes, quod commissores eorum essent ad
sedem apostolicam transmittendj iuxta formam
ecclesie absolutis et iniuncto eis quod talibus
consuevit iniungi, tam super hijs qui symoniacum
in prefata *Monasteria* habuerunt ingressum
iuxta generalis statuta concilij quam super
alijs supradictis iniuncta eis primitus peni-

./.

tentia competentj statuatis quod animarum ipsorum
saluti uideritis expedire. Si uero scienter excommuni-
catj uel suspensi celebrauere diuina aut ordines su-
sceperunt, eis per biennium a diuinis suspensis, cum
eisdem postmodum auctoritate nostra poteritis pro-
ut expedire uideritis dispensare. Prouiso quod huius-
modi proprium filij Abbas in tuis manibus re-
signetur. in utilitatem eiusdem monasterij con-
uertendum. Datum Interampnum vj. Idus Maij.
Pontificatus nostrj Anno Sexto.

I.

GREGORIUS episcopus seruus seruorum dej. Dilectis filijs ... Abbati et Conuentuj de lubes Cisterciensis ordinis Wratislauiensis dioceseos. Salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia deuotos et humiles filios ex assuete pietatis officio propensius diligere consueuit. et ne prauorum hominum molestijs agitentur eos, tanquam pia mater sue protectionis munimine confouere. Ea propter dilecti in domino filij uestris iustis precibus inclinati personas uestras. et monasterium in quo diuino uacatis obsequio, cum omnibus bonis que impresentiarum rationabiliter possidet, aut in futurum iustis modis prestante domino poterit adipisci sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem Quingentos magnos mansos in silua citra Oppidum quod Mons aureus uulgariter appellatur et Ducentos in territorio de lubus a Nobili uiro. H. zlezie. nec

/.

./.

non terras . siluas . aquas . et possessiones alias cum iuribus et pertinentijs suis in territorio de Nakel, a Nobili uiro Wladislao iuniore Polonie Ducibus prout in litteris ex inde confectis dicitur plenius continerj . ac insuper Bogunouo et Gossuitin (?) cum medietate predij quod Wrotina uulgariter nuncupatur, a Nobili uiro Comite Stagneuo Monasterio uestro pia liberalitate collata . Monikisdorph . Guntersberch . et Lichoua predia . cum redditibus et alijs bonis uestris sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis nobis et per uos dicto Monasterio uestro auctoritate apostolica confirmamus . et presentis scripti patrocinio communimus . Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis . et confirmationis infringere . uel ei ausu temerario contraire . Siquis autem hoc attemptare presumpserit Indignationem omnipotentis Dej . et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum Datum Interampnum iiij. D. Maij Pontificatus nostrj Anno Sexto.

In nomine domini nostri ihesu christi. Amen. Quum omnia que temporaliter aguntur per decursionem temporis annullantur, preter ea que litterarum apicibus communita sequacium memorie relinquuntur. Inde est quod ego Rosec filius Dirsicrai notum facio presentibus et futuris hanc paginam inspecturis quod pro remedio anime mee. aut aui mei. et fratris mei Dirsicrai. contuli deo et beate Marie uillam sitna nuncupatam in territorio kalisensi cum omni iure attinenti. Videlicet Agris. Pratis. Pomerijs. Pascuis. cenobio lubensi ordinis cysterciensis constructo in honore eiusdem beate et intemerate virginis marie. coram duce polonorum Wladizlao filio quondam ducis pie memorie odonis. alijsque testibus quam pluribus scilicet episcopo posnaniensi Paulo. Zandiwojo castellano kalisensi. Gozyzlao tribuno. Domerato. Johanne filio Dobrogosti. Bogusa filio Scesrlay. et

./.

./.

ut hec inconvulsa perpetuo permaneant roborare curavi sigillo prenominati Ducis et meo. Acta sunt hec in colloquio quod fuit super aquam que vocatur neszobe. Anno gratie domini. M°. cc°. XXX°III°. XV°. Kalendas Augusti.

SAnctissimo ac Reuerentissimo in christo patri ac domi-
no. G. sacrosancte Romane sedis summo pontifici. H.
miseratione diuina Misnensis Episcopus. P. eiusdem
ecclesie Decanus. C. Wrcinensis prepositus. L. de
Swenebecke Magdeburgensis canonicus. quondam Ma-
guntine Ecclesie Scolasticus. Obedientiam. subiectio-
nem. et reuerentiam. tam debitam quam deuotam.
Sedes apostolica eius exemplo qui est ueritas in
omni gressu suo per semitas graditur ueritatis.
discretionis libramine agenda preueniens iuste e-
xaminationis molimine acta discutiens. rite actis
precipue auctoritatis munimine robur addens. et
sic in meditatione discretio. in examinatione iudi-
cium in confirmatione auctoritas. ita custodiunt
uias eius. quod in luce gradiens et semper ad lu-
cem prodiens non offendit. immo sunt equa
./.

·/·
semper et lucida eius moderamina potestatis. Hinc est quod venerabilis in christo. G. Abbas Lubensis Monasterij Cysterciensis ordinis. Wratizlauiensis Diocesis, de benignitate sedis apostolice habens fiduciam et spem firmam, cum humilitate et reuerentia decenter et humiliter ad nos ve=nit, religiose sue plantacionis unicum priuilegium no=bis exhibens et ostendens, cuius est per omnia talis tenoR.

Cum igitur parum sit ad plantam manum mittere quin eadem et rore gratie sit compluta. et confirmatio=nis apostolice robore solidata. predictus Abbas et Capitulum eius tanquam effectum ab efficien=te et opus ab opifice a nobis sui privilegii con=firmationem cum reverentia postulat et exposcit. et quia idem originale privilegium. propter locorum distanciam et viarum discrimina et eventus varios nostro apostolatui non potuit apportari. nos a dicto Abbate in testimonium evocati. quantum possumus et debemus presentibus nostris et a=pertis litteris protestamur. quod idem privilegium tam Episcopi quam Capituli eius sigillis bullatum; et tactus officio attractavimus. et fide perspexi=mus oculata. et de ipso privilegio presens transcrip=tum de verbo ad verbum. cum suis distinctionibus; punctis. et locorum nominibus. sine aliqua dimi=nutione vel aucmentatione. vel punctorum (?) varia=tione transscribi fecimus et sub nostrorum

./.

./.

munimine sigillorum vestre transmittimus sanctitati. re-
verentie vestre prostrati pedibus. supplicantes. quatinus
ipsum autentico vestro inserere. et auctoritate dignemini
apostolica confirmare. Ego Engelhardus dei gracia Nuwen-
burgensis Episcopus. et Capitulum meum. habita
de huius transscripti ex inspectione originalis privilegii
bullati. plena fide. presenti pagine subscribo. et ve-
stro apostolatui pro dicto Abbate et eius ecclesia
cum humilitate et reuerencia supplico. Nos Ru-
dolfus prepositus. Henricus Decanus. totumque Capi-
tulum Merseburgense. venerabili patre et domino
Episcopo nostro extra provinciam constituto. habita
de huiusmodi transscripto et originali bullato plena
fide privilegio. presenti pagine subscribi fecimus,
et eidem sigillum nostri Capituli appendentes, vestro
Apostolatui pro dicto Abbate ac eius Monasterio
cum humilitate et reuerentia supplicamus.

GREGORIUS episcopus seruus seruorum dei. Dilectis
filijs .. Abbati et Conuentui de Lubes Cisterciensis ordinis,
Wratislauiensis dioceseos. Salutem et apostolicam benedictionem.
Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum, tam
uigor equitatis, quam ordo exigit rationis. ut id per solli-
citudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum.
Ea propter dilecti in domino filij uestris iustis postulatio-
nibus grato concurrentes assensu. possessiones in deserto
Territorij de Nakel, et Triamilia Mansorum magnorum,
que Nobilis uir .. Dux Polonie, ac decimas eorundem Man-
sorum, quas uenerabilis frater noster, .. Episcopus et
dilecti filij Capitulum Poznaniense sicut spectabat
ad eos, uobis et Monasterio uestro, pietatis intuitu libera-
liter contulerunt, prout in instrumentis eorum inde
confectis dicitur contineri, sicut ea omnia iuste ac paci-
fice obtinetis, uobis et per uos eidem Monasterio aucto-
ritate apostolica confirmamus. et presentis scripti pa-
trocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat
./.

./.

hanc paginam nostre confirmationis infringere . vel ei ausu te-
merario contraire . Siquis autem hoc attemptare presumpserit.
indignationem omnipotentis dei . et beatorum Petri et Pauli
Apostolorum eius se noverit incursurum . Datum Anagnie .
V Idus Septembris Pontificatus nostrj Anno Septimo .

GREGORIUS episcopus seruus seruorum dei. Dilectis fi-
lijs .. Abbati et Conuentui de lubes Cistertiensis ordinis
Wratislauiensis dioceseos. Salutem et apostolicam benedictionem.
Religionis uestre promeretur honestas, ut uos et Monaster-
ium uestrum fauore beniuolo prosequentes, petitionibus ue-
stris quantum cum deo possumus annuamus. Ea propter
dilecti in domino filij, uestris supplicationibus inclinati,
auctoritate presentium districtius inhibemus, nequis de no-
ualibus que proprijs manibus aut sumptibus colitis,
de quibus aliquis hactenus non percepit, seu de uestro-
rum animalium nutrimentis, nullus a uobis decimas
exigere, uel extorquere presumat. Nulli ergo omnino
hominum liceat hanc paginam nostre inhibitionis in-
fringere, uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem
hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipo-
tentis dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum
eius se nouerit incursurum. Datum Anagnie. V Idus
Septembris Pontificatus nostrj Anno Septimo.

Nr. 122

GREGORIUS episcopus seruus seruorum dei. Dilec-
tis filijs .. Abbati et Conuentui de Lubes Cistertiencis
ordinis, Wratislauiensis dioceseos. Salutem et apostolicam
benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est et
honestum, tam uigor equitatis, quam ordo exigit rationis.
ut id per sollicitudinem officij nostri ad debitum per-
ducatur effectum. Ea propter dilecti in domino filij
uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu.
Quingentorum Mansorum magnorum, circa aureum montem,
et de Wolouo. et de alio Wolouo. ac de Jarozlau. et qua-
rundam aliarum villarum et Mansorum decimas posse-
ssiones et res alias, quas venerabilis frater noster..
Episcopus et dilecti filij Capitulum Wratislauiense sicut
spectabat ad eos, uobis et Monasterio uestro pietatis intuitu
liberaliter contulerunt, prout in eorum autenticis litte-
ris inde confectis dicitur contineri, sicut ea iuste ac paci-
fice obtinetis, uobis et per uos eidem Monasterio auc-
toritate apostolica confirmamus. et presentis scripti

./.

./.

patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presum=psérit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Da=tum Anagnie V Idus Septembris Pontificatus nostri Anno Septimo.

Nr. 125. 103

Gregorius episcopus seruus seruorum dei. venerabili fratri
.. Episcopo Wratislauiensi et Dilecto filio .. Abbati de
Lubes Cisterciensis ordinis Wratislauiensis dioceseos. Salutem
et apostolicam benedictionem. Exhibita nobis tua fili
Abbas petitio continebat. quod nonnulli tui et aliorum
Monasteriorum tibi subiectorum Wratislauiensis dioceseos
Monachi et Conuersi pro uiolenta iniectione manuum
in se ipsos, uel alios religiosos et clericos seculares. et
quidam pro detentione proprij. alij etiam pro negata tibi
et Abbatibus suis obedientia, seu conspirationis offensa
in excommunicationis laqueum inciderunt. et quidam ingres=
sum habuerunt in Monasteria ipsa per uitium symo=
nie. Quorum quidam receperunt ordines. et diuina cele=
brarunt officia sic ligati. Quare de ipsorum salute
sollicitus postulasti. ut super hijs eorum saluti pro=
uidere misericorditer dignaremur. ne si cogantur propter
hoc apostolicam sedem adire, in suarum euagentur pe=
riculum animarum, et eadem Monasteria cum non
./.

./.

habeant proprium, expensarum onere pregrauentur. Volentes igitur eorum saluti et indempnitati dictorum Monasteriorum paterna sollicitudine prouidere, ac de circumspectione uestra plenam in domino fiduciam obtinentes, discretioni uestre presentium auctoritate committimus, ut eisdem excommunicatis hac uice iuxta formam ecclesie absolutionis beneficium impendatis. Prouiso quod manuum iniectores passis iniuriam satisfaciant competentibus et si aliquorum fuerit grauis et enormis excessus, illos mittatis ad sedem apostolicam absoluendos. Illis autem qui absolutionis beneficio non obtento per simplicitatem et iuris ignorantiam receperunt ordines et diuina officia celebrarunt, iniuncta penitentia competenti, ea pacta, liceat uobis cum eis de misericordia que superexaltat iudicio, prout eorum saluti expedire uideritis dispensare. Si uero prefati excommunicati scienter in contemptum ecclesiastice discipline talia presumpserunt, eis per annum ab ordinum executione suspensis et iniuncta ipsis penitentia salutari, cum eis postmodum si fuerint bone conuersationis et uite, ualeatis auctoritate apostolica dispensare.

./.

sicut videritis expedire. Processuri circa symoniacos, secundum statutum concilij generalis. Tu autem fili abbas proprium siquod habent dicti Monachi et Conversi, in tui . . nibus facias resignari. Monasteriorum ipsorum quibus illud debetur usibus applicandum. Datum Anagnie iiij Idus Septembris. Pontificatus nostrj anno Septimo.

Nr. 127.

GREGORIUS episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filijs .. Abbati Cistertij et vniversis Coabbatibus suis Cistertiensis ordinis. Salutem et apostolicam benedictionem. Quanto studiosius diuine contemplationi uacatis deuote domino famulando, tanto libentius queti uestre uolumus prouidere. Cum igitur sicut porrecta nobis uestra pe=
titio continebat nonnunquam iudices a sede aposto=
lica delegati alicuique uestrum plerumque Priori uel Suppriori ordinis Cisterciensis iniungant, ut excom=
municent, aut excommunicatos denuntient proprios sui Monasterij fundatores seu Ciuitatum. Castrorum quo=
que ac villarum Communia in quorum territorio uel confinio sunt Monasteria uestra sita sine quorum pace subsistere uix potestis, et quod ad villas ex=
tra Monasterium personaliter accedentes, eosdem ex=
communicatos ab eis singulis diebus dominicis et festiuis, pulsatis campanis et candelis accensis

./.

1.

publice nuntient evitandos propter quod quies monastici ordinis perturbatur, et frequenter incuritis (?) odia plu=rimorum, nos tranquillitati et quieti vestre volentes pa=terna sollicitudine providere, auctoritate presentium districtius inhibemus nequis predictorum absque man=dato sedis apostolice speciali, aut legati ab eius la=tere destinati premissa vobis iniungere, ac ad ea com=pellere vos presumat invitos. eadem auctoritate vobis nichilominus concedentes, ut si secus quod non credimus presumptum fuerit, vos eis in premissis non teneami=ni aliquatenus obedire. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre inhibitionis et conces=sionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indigna=tionem omnipotentis dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum. Perusij. iij. kal. Decembris. Pontificatus nostrj. anno Octavo.

GREGORIUS episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis .. Abbati Cistercij. et vniuersis coabbatibus suis Cisterciensibus. Salutem et apostolicam benedictionem. Quia refrigescente caritate multorum adeo iniquitas habundauit, ut quorumdam succensa velut ignis impietas contra ecclesias et personas ecclesiasticas tanto vallidius (?) inflammetur, quanto rariores qui eas tueantur contra prauorum incursus inuenit obiectores, nos quibus ipsarum cura et sollicitudo incumbit ibi fortius insurgere cogimur ubi persecutorum immanitas periculosius exardescit. Sicut enim nobis ex parte uestra grauis est oblata querela nonnulli principes ac nobiles occasione iuris patronatus aduocatie seu custodie quam in Monasteriis. Grangiis. cellariis vel domibus uestris se habere proponunt ac interdum etiam pro sue libito uoluntatis, et quidam ecclesiarum prelati a quibus debeatis non grauamen set (?) solamen potius expectare. bladum, uinum. euectiones ani=
./.

%.

malia et res alias pro edificatione ac munitione castrorum et
uillarum, nec non pro tirociniis. torneamentis. expeditionibus. et
aliis usibus eorumdem a uobis exigunt et extorquent. alias
uos taliis et exactionibus indebitis multipliciter aggra=
uando. Preterea quidam ex ipsis et alij carnes commedere
in uestris domibus ac mulieres etiam easdem domos
ingredi contra instituta uestri ordinis non uerentur;
propter quod et quies monastici ordinis perturbatur
et graue commissis uobis Monasteriis imminet detrimen=
tum. Quare nobis humiliter supplicastis. ut super hiis
paterna prouidere sollicitudine dignaremur. Nos igitur et
uestre prouidere queti et molestantium malitiis obuiare
uolentes, auctoritate presentium districtius inhibemus. ne
quis a uobis premissa exigere uel extorquere aut in ue=
stris domibus uti carnibus seu mulier aliqua eas in=
trare presumat contra ipsius ordinis instituta. Nulli
ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre inhi=
bitionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si=
quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem
omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, aposto=
lorum eius se nouerit incursurum. Datum. perusij Kal.
Decembris Pontificatus nostri anno Octauo,

n. 181. 107

Gregorius episcopus seruus seruorum dej. Dilectis filijs .. Misnensibus, et .. Budisinensibus Decanis. et .. Preposito Budisinensi Misnensis dioceseos. Salutem et apostolicam benedictionem. Ad similitudinem dej conditus, et quasi quoddam diuine potentie signaculum homo factus, ac men-tis ratione recepta, tam excellentis pulcritudine yma-ginis decoratus ante quam plene sua incrementa uide-ret, elatione cordis intumuit. et quod de infimis for-matus fuerat, est oblitus. vnde mira conditoris (?) est actum iustitia, ut qui per sensum quem „ receperat" (?) rationalem superbiuit. rursum terra per mortem fie-ret, quam se esse humiliter non agnouit. et qui pec-cando dej similitudinem uoluntarius perdidit, rediret ad limi sui materiam uel inuitus. nec prima pre-uaricatione contenta posteritas, legis naturalis auc-toritatem quam dominus humanis mentibus quasi ab ipso mundi primordio indidit et digito sue inspirationis impressit. ne faciamus alijs quod fieri ./.

./.

nobis ordimus sed sic alios in sua foueamus iustitia, ~~sicut~~
defendi iura nostra cupimus, est transgressa. Nam filij
mundi huius quos prudentiores filijs lucis in generatio=
ne sua ueritas protestatur, reiecta disciplina iustitie,
et obseruatione fidej relegata, sibi inuicem moliuntur
insidias, dampna inferunt, iniurias irrogant, mouent lites,
ad arma prosiliunt. committunt prelia. sceleri ius in=
dulgent. priuilegium dant errori, uenantur inuicem
se ad mortem. et seipsos adeo persequendo dilaniant,
ut etiam in suo sanguine cruententur. nec sufficere
sibi credunt. non attendentes quoniam qui talia agunt,
digni sunt morte. quod tam immaniter seuiunt in
seipsos. sed etiam ad desiderabilia ecclesie fratres
uidelicet Cisterciensis ordinis, qui remoti a turbis secu=
laribus, in quadam mentis solitudine conuersantes,
ut ebullientes ad infima curas cordis, per superni
gratiam restringant amoris quoddam cum domino intra
se secretum querunt, ubi cum illo exteriore cessante
strepitu, quasi quodam familiari colloquio per interna
desideria delectentur, extendunt nequiter manus suas.

./.

quorum peruersitas uix eos habere patitur unde uiuant. quin
peregrinationis sue uiaticum, uel concutiant per calumpni=
am, uel excutiant per rapinam. de quo et si magnis dolo=
rum urgeamur aculeis, illud tamen intolerabilius nos in=
urit. quod hij qui debuerant persecutorum ipsorum flam=
mas extinguere non solum defensionis manum persecutio=
num ignibus non apponunt. uerum etiam quodammodo
ignes ignibus accendentes, eos importabiliter presecuntur.
Sicut enim ad nos dilectorum filiorum .. Abbatis Cister=
tij et Coabbatum ipsius Cisterciensis ordinis querela
grauis et stupenda peruenit. cum auctoritate apostolica
sit statutum, et expresse nichilominus interdictum,
ut nulli omnino liceat in eosdem Abbates et eorum
Monasteria, seu fratres inibi constitutos, contra
id quod ab origine ordinis noscitur institutum, nec=
non in vicinos uel Mercennarios pro eo quod ipsos
ad laborandum adiuuant in illis diebus in quibus ip=
sis laborantibus alij feriantur. uel aliqua occasio=
ne eorum que a benegnitate apostolica eis indulta
sunt. seu benefactores suos, pro eo quod aliqua ip=
sis beneficia uel obsequia obsequiose studio carita=
tis impendunt, aut in aliquem de ipsorum famili=

./.

./.

quamdiu in eorum fuerit famulatu pro eo quod decimas iuxta quod eorum ordini indultum est, non persoluunt, uel aliquid aliud ipsis ab apostolica sede concessum interdicti uel excommunicationis sententiam promulgare. quidam Archi=episcopi et Episcopi ac alij Ecclesiarum prelati, ac eorum Officiales in premissas personas et alias que ipsis uel emendo, seu uendendo, aut molendo in molen=dinis, uel in furnis eorum coquendo aliterque commu=nicant interdicti suspensionis et excommunicationis ferre sententias contra indulta sedis apostolice auctoritate propria. ne dicamus potius temeritate presumunt, ut sic seuientes in istos, illos sine culpa culpabiliter puniant innocentes. efficientes per hoc deterioris con=ditionis eos, quam perfidi sint iudei. quos culpa pro=pria perpetue seruituti subiectos, ex sola miseri=cordia pietas christiana receptat. dum eis subtra=hunt communionem fidelium qua ab ipsorum iude=orum participio non arcentur. Cum igitur nobis principaliter iniurari probentur qui priuilegia sedis apostolice uel irreuerenter impugnant uel su=perficialiter eorum uerba tenentes contra ipsorum

./.

./.

gestiunt voluntatem. et priuilegiatos priuilegiorum comodis pri=
uare conantur. nolentes tam abusiuas enormitates seu tam
enormes abusus, non absque iniuria sedis apostolice excogitatas
equanimiter tolerare. discretioni uestre per apostolica scrip=
ta mandamus. quatinus inquisita super premissis diligentius
ueritate, sententias si quas in Gnesnensi prouincia in=
ueneritis sic proferri, sine difficultate qualibet peni=
tus relaxantes. illos quos eas tulisse constiterit. ad
satisfaciendum eisdem Abbatibus et hijs in quos late
fuerint, de dampnis et expensis que occasione huius=
modi subierint monitione premissa districtione qua
conuenit appellatione remota cogatis. Processum
uestrum nobis fideliter rescripturi. ut alias exce=
dentes sic pena castiget. quod excessus ulterius non
procedat. Non obstante constitutione de duabus dietis
edita in concilio generali. Quod si non omnes hijs
exequendis potueritis interesse, duo uestrum ea
nichilominus exequantur. Datum Perusij kal.
Decembris Pontificatus nostrj Anno Octauo.

GREGORIUS episcopus seruus seruorum dei. Dilectis fi-
liis .. Abbati Cistercij et vniuersis coabbatibus suis
Cisterciensis ordinis Salutem et apostolicam benedictio-
nem. Ex parte uestra nobis est oblata querela
quod cum auctoritate apostolica sit inhibitum ne
ullus episcopus uel quelibet alia persona regularem
electionem abbatis ordinis uestri impediat aut de in-
stituendo uel remouendo eo qui pro tempore fuerit
contra instituta Cisterciensis ordinis se aliquatenus in-
tromittat ac uobis a sede apostolica sit indultum ut si
archiepiscopi uel episcopi in quorum diocesibus domus
uestre fundate sunt cum humilitate ac deuotione debi-
ta requisiti substitutos abbates benedicere forte renuerint
liceat eisdem abbatibus ab alio episcopo percipere
que a suo fuerint indebite denegata quidam Archie-
piscopi et Episcopi cum in uestris Monasteriis in
abbates aliqui eligantur de modo electionis inqui-
rere ac examinare personas de uita litteratura et

./.

./.
moribus et electionem confirmare predictam pro iuri=
bus elaborant. Capitula quoque ipsorum eosdem
sibi presentari querunt electos et approbandi eos
usurpare sibi nituntur temere potestatem archidia=
coni etiam installandi electos ipsos vendicare sibi
ius iniuriose contendunt contra indulta sedis apo=
stolice presumptione non modica veniendo. volen=
tes itaque quieti vestre consulere ac vestris grava=
minibus in hac parte paterna sollicitudine pro=
videre ne talia presumantur de cetero et ne ab=
instituendis vel institutis abbatibus benedictionis
pretextu aliquod penitus exigatur, auctoritate
presentium districtius inhibemus eadem auctori=
tate nichilominus decernentes ut si contra pre=
dictam inhibitionem nostram a quoquam fuerit
propria temeritate presumptum sit irritum
et inane et si alique sententie late fuerint
nullum robur obtineant firmitatis. Nulli ergo
homino (?) hominum liceat hanc paginam nostre
inhibitionis et concessionis infringere vel ei ausu
temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare
./.

1/.

presumpserit indignationem omnipotentis dei et beato=
rum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incur=
surum. Datum Perusij. Kal. Decembris Pontificatus
nostri anno Octauo.

GREGORIUS episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filijs.. Abbati Cistercij, et uniuersis Coabbatibus suis Cisterciensis ordinis, Salutem et apostolicam benedictio-nem. Cum Monachos et Conuersos Monasteriorum uestrorum ab excommunicatione quam iniciendo manus uiolentas inuicem in se ipsos frequenter incurrunt, ex officio uestro absoluere ualeatis, auctoritate uo-bis presentium indulgemus, ut absoluendi eos ab ex-communicatione huiusmodi Prioribus uestris cum uos abesse contigerit, possitis committere uices uestras. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presum-pserit, indignationem omnipotentis dei, et be.. .. Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum, Perusij. ij. Nonas. Decemb-ris. Pontificatus nostrj Anno Octauo,

GREGORIUS episcopus seruus seruorum dei.. Dilec-
tis filijs.. Abbati et Conuentu Monasterij Lubensis
Cisterciensis ordinis Wratislauiensis diocesos, salutem
et apostolicam benedictionem. Animarum salutem
desiderio feruenti querentes, uobis auctoritate presen-
tium indulgemus, ut hominum ad uestrum seruitium
commorantium qui non possunt de facili suorum
habere copiam sacerdotum, liceat sacerdotibus de
Conuentu nestro quos tu fili Abbas ad hoc duxe-
ris deputandos confessiones audire, penitentiam sa-
lutarem eis iniungere, ac sacramenta ecclesiastica
exhibere sine iuris preiudicio alieni. Nulli ergo
omnino hominum liceat hanc paginam nostre con-
cessionis infringere, uel ei ausu temerario contra-
ire. Siquis autem hoc .....re presumpserit, in-
dignationem omnipotentis dei, et beatorum Petri
et Pauli apos..... * eius se nouerit incursurum.

./.

·/·

Datum, Perusij, ij. Nonas. Decembris. Pontificatus no=
strj Anno Octavo,

GREGORIUS episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filijs .. Abbati et Conuentui Monasterij Labensis Cisterciensis ordinis Wratislauiensis dioceseos, Salutem et apostolicam benedictionem. Si adhuc amalech persequitur Israhelem dum cupidi et auari uiros religiosos deum uidere per contemplationis otium cupientes, non solum aperta seuitia, uerumetiam subdola calliditate multipliciter inquietant, nos qui ueri Moysi uices licet immeriti gerimus debemus illorum et refragari conatibus et uersutijs obuiare, ne uirgam peccatorum super sortem iustorum relinquere uideamur. Ex parte siquidem uestra fuit propositum coram nobis, quod nonnulli clerici et laici non tam iustitiam suam prosequi, quam uos persequi dampnabiliter intendentes, uos ultra duas pluresue dietas a Monasterio uestro per litteras apostolicas faciunt malitiose citari, ut fatigati laboribus et expensis uel cedere litibus uel dampnosas subire compellamini pactiones. Ut igitur

./.

1.

sapientia uincat sua suauitate malitiam, cum experimento sciamus, quam sit amarum sancte contemplationi uacantibus distrahi litibus odiosis, uolentes quantum cum deo possumus uestre quieti consulere, ne decetero ultra duas dietas a Monasterio proprio super bonis que infra ipsas habetis per litteras apostolicas trahi possitis in causam, auctoritate uobis presentium indulgemus, nisi littere ipse de hac indulgentia fecerint mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum. Perusij. XV. kal. Januarij. Pontificatus nostri Anno Octauo.

GREGORIUS episcopus seruus seruorum dei. Dilec-
tis filijs .. Abbati et Conuentui Monasterij Lube-
sis Cisterciensis ordinis Wratislauiensis dioceseos.
Salutem et apostolicam benedictionem. Adhuc Ysma-
el persequitur ysaac, dum nonnulli seculi huius
filij qui prudentiores in generatione sua filiis lucis
existunt, uiros spirituales maxime seruos dei mul-
tipliciter affligere non uerentur. Vobis siquidem
significantibus intelleximus, quod cum ab institutione
Cisterciensis ordinis fuerit ordinatum, ut in singu-
lis eiusdem ordinis domibus unum duntaxat habe-
retur sub nomine abbatis sigillum, quo abbas
et Conuentus in Monasterij sui negotijs com-
muniter uterentur. plerumque contingit ut
cum fratres Monasterij dicti ordinis ab ab-
bate et Conuentu ipsius cum litteris muni-
tis sigillo abbatis eiusdem pro causis et
./.

/.

alijs negotijs destinantur, pars aduersa et eius aduocati malitiose obiciunt litterarum ipsarum cautionem non sufficere pro Conuentu sicque per sue calliditatis astutiam dictis fratribus non admissis iuris sui prosecutio impeditur. Eapropter uestris deuotis precibus inclinati, auctoritate uobis presentium indulgemus, ut fratres quos sub cautione talium litterarum a uobis contigerit destinari, premissis obiectionibus non obstantibus in causis et alijs negotijs Monasterij uestri secundum statutum predictum, et morem solitum admittantur. *Nulli* ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, uel ei ausu temerario *contraire*. Siquis *autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum *eius* se nouerit incursurum. Datum. Perusij. XV. Kal. Januarij. Pontificatus nostrj Anno Octauo.

GREGORIUS episcopus servus servorum dei. Dilec-
tis filijs.. Abbati et Conventui Monasterij Lubensis
Cisterciensis ordinis Wratislaviensis dioceseos, Salu-
tem et apostolicam benedictionem. Cum ante facies
vestras cum sanctis animalibus gradientes oblitis
que retro sunt in ea que ante sunt, vos laudabi-
liter extendatis proficiendo vobis per vite meri-
tum, et alijs per exemplum, ut sub pennis contem-
plationis vestre sit auxilij nostri manus, liben-
ter vobis impertimur gratiam et favorem.
scientes nos exinde illi placere, qui vestrum
acceptat placidum famulatum. Hinc est quod
devotionis vestre precibus annuentes, auctoritate
vobis presentium indulgemus, ut si vestri Mona-
sterij fundatores apud ipsum elegerint sepultu-
ram, dummodo, non sint excommunicati vel inter-
dicti, aut etiam publice usurarij, liceat vobis
ipsos non obstante alicuius contradictione temeraria

./.

./.

ecclesiastice tradere sepulture. illarum tamen ecclesiarum salua ui .... a quibus assumuntur corpora mortuorum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum. Perusij. XV. kal. Januarij. Pontificatus nostri anno Octavo,

GREGORIUS episcopus seruus seruorum dej. Venera-
bilibus fratribus Archiepiscopis et Episcopis, et
Dilectis filijs Abbatibus, Prioribus. Decanis Archi-
diaconis. Prepositis. Archipresbyteris, et alijs eccle-
siarum Prelatis ad quos littere iste peruenerint
Salutem et apostolicam benedictionem. Cum
Abbates Cisterciensis ordinis tempore concilij ge-
neralis ad commonitionem felicis recordationis
Innocentij pape. predecessoris nostri statuerint,
ut de cetero fratres ipsius ordinis ne occasione
priuilegiorum suorum ecclesie ulterius grauarentur,
de alienis terris et ab eo tempore acquirendis
si eas proprijs manibus aut sumptibus cole-
rent, decimas persoluerent ecclesijs quibus
ratione prediorum antea soluebantur nisi cum
eisdem ecclesijs aliter ducerent componendum.
Idem predecessor noster quia sperabat ut
ecclesiarum prelati promptiores, et efficaciores
./.

./.

existerent ad exhibendum eis de malefactoribus suis iustitie complementum, et eorum privilegia diligentius et perfectius observarent, statutum huiusmodi gratum habens et ratum, hoc ipsum ad alios regulares qui similibus gaudent privilegijs extendi voluit et mandavit. Sed quod dolentes referimus in contrarium res est versa. quia sicut ex inculcata querela dilectorum filiorum .. Abbatis et Conventus Monasterij Lubensis Cisterciensis ordinis Wratislaviensis diocesis frequenter audivimus, nonnulli ecclesiarum prelati et alij clerici eorum privilegia temere contempnentes, et contendentes malitiose ipsorum pervertere intellectum, eosdem multipliciter inquietant. Nam cum sit ipsis indultum ut de novalibus que proprijs manibus aut sumptibus excolunt, sive de ortis, virgultis, et piscationibus suis vel de suorum animalium nutrimentis, nullus ab eis decimas exigere, vel extorquere presumat: quidem perverso intellectu conficte dicentes, quod hec non possunt nec debent intelligi nisi de hijs que sunt ante generale concilium acquisita, ipsos super hijs multiplici

./.

exactione fatigant. Nos igitur eorum quieti paterna sollicitudine providere volentes, universitati vestre per apostolica scripta mandamus. quatinus dictos Abbatem et Conventum a prestatione decimarum tam de possessionibus habitis ante concilijs memoratum ante quod susceperunt eiusdem ordinis instituta, quam de novalibus sive ante sive post idem concilium acquisitis que proprijs manibus aut sumptibus excolunt de quibus novalibus aliquis hactenus non percepit, necnon de ortis. virgultis. piscationibus suis, et de suorum animalium nutrimentis, singuli vestrum omnino servetis immunes. Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Datum. Perusij. iiij. Nonas. Januarij Pontificatus nostrj Anno Octavo.

GREGORIUS episcopus seruus seruorum dei. Dilec=
tis filijs .. Abbati et Conuentui Monasterij Luben=
sis Cisterciensis ordinis Wratislauiensis dioceseos,
Salutem et apostolicam benedictionem. Cum Ci=
sterciensis ordinis titulus per dei gratiam adeo
sit insignis, quod uix credatur ab hijs qui contra
uos litteras impetrant sine malitia subiici,
nos et illorum fraudibus obuiare, ac innocentiam
uestram uolentes fauorabiliter confouere, auct=
ritate uobis presentium indulgemus, ut nequeatis
per litteras apostolicas conueniri que de Cistercien=
sis ordine non fecerint mentionem. Nulli ergo om=
nino hominum liceat hanc paginam nostre
concessionis infringere, uel ei ausu temerario con=
traire. Siquis autem hoc attemptare presum=
pserit indignationem omnipotentis dei, et bea=
torum Petri et Pauli apostolorum eius se no=
uerit incursurum. Datum Perusij. Idus. Marcij.
/.

./.

Pontificatus nostri Anno Octavo.

Nr. 149.

121

GREGORIUS episcopus seruus seruorum dej. Dilectis
filijs .. Abbati et Conuentuj Lubensis Monasterij Ci-
sterciensis ordinis Wratizlauiensis dioceseos. Salutem
et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur
quod iustum est et honestum tam uigor equitatis
quam ordo exigit rationis ut id per sollicitudinem
officij nostrj ad debitum perducatur effectum.
Cum igitur sicut exhibita nobis uestra petitio
continebat, Nobilis uir Wladzlaus Dux Gnezni-
censis Tria Milia Mansorum in Lubezko cum
quibusdam siluis et Lacubus Monasterio uestro pia
et prouida liberalitate donarit. nos uestris iustis
precibus inclinati Mansos et alia supradicta
sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis, uo-
bis et per uos Monasterio uestro auctoritate
apostolica confirmamus, et presentis scripti pa-
trocinio communimus. Nulli ergo omnino homi-
num liceat hanc paginam nostre confirmationis

./.

./.

infringere, uel ei ausu temerario contraire. Siquis au-
tem hoc attemptare presumpserit indignationem omni-
potentis dei et beatorum Petrj et Paulj apostolo-
rum eius se nouerit incursurum. Datum. Perusij.
iiij. Kal. Aprilis. Pontificatus nostrj Anno Nono.

Nr. 150.

Nos willelmus quondam mutinensis episcopus. apostolice sedis legatus. Notum facimus universis. quod cum de partibus livonie et prusie ubi legationis fungebamur offitio ex sedis apostolice mandato ad presentiam dominj pape proficisceremur. inter ecclesiam wratizlaviam et monasterium de lubens cysterciensis ordinis eiusdem dyocesis gravem invenimus discordiam excitatam. super tenore cuiusdam privilegij dicti monasterij. quod continebat plures decimas collatas. ut dicebant eidem domuj diversis temporibus a pluribus retro wratizlavie episcopis. Lite igitur super hoc mota. et causa iam in iudicium deducta. et proponente episcopo wratizlavie cum suo capitulo privilegium idem. sine conscientia predecessoris sui et capitulj wratizlaviensis con-

./.

./.

scriptum esse et sigillatum. continere etiam in se plures donationes decimarum. que nunquam fuerant a suis predecessoribus prefato monasterio collate. et precipue ubj dicebatur decima quingentorum mansorum ipsis esse collata. Item ubj scriptum erat decimam aliam eis donatam. omnium scilicet villarum inter duas aquas ozoblogam uidelicet et stradunam. Abbate autem cum suo conuentu ipsum priuilegium defendente. nos uidentes hanc discordie materiam. et uulnerare posse caritatem. et occasionem posse subministrare ab utraque parte. et plurium laborum et grauium expensarum utramque partem tam consiliis quam rogatu curauimus inducere. ut secundum nostrum consilium aliquo modo honesto. et utrique ecclesie tolerabilj taliter inter se conuenirent. ut posset inter eos omnis discordie et dissensionis conquiescere scrupulis in futurum. Vtraque igitur pars inspectu pacis nostris consilijs acquiescentes et monitis. nobis mediantibus talem receperunt compositionem. et nomine transactionis sic inter se finaliter conuenerunt. Dominus abbas de lubens cum suo capitulo partem ville nezurócone que ad suum monasterium pertinebat. partem aliam domo trebnicensi possi-

./.

123

./.

dente. in manus episcopi wratizlauie ecclesie contulit. si-
cut eam tunc habebat cum omni iure quod ibi ha-
bebat. et cum libertate theutonica. quae dominus dux
eidem uille ad peticionem nostram et dicti abbatis
plene contulit. sicut in eius instrumento conti-
netur. Promisit etiam dominus abbas teneri de
euictione ejusdem uille. et si aliquo casu ab aliquo ea-
dem uilla euinceretur. promisit abbas pro se et con-
uentu suo restituere tamdem de terra equiualenti.
uel alias super hoc concordare. secundum arbitrium
duorum ad hoc electorum. quorum unum eligat epi-
scopus et alium abbas. tercius uero si discorda-
uerint sit abbas sancti vincentii. Contulit etiam
dominus abbas ex parte sue ecclesie in manus
episcopi uillam gozcetino et cum decima. que
uilla est in gola. in dominio filiorum ducis
Kazimiri. Preterea cessit ecclesia wratizlauien-
si de medietate decimarum omnium que sunt
inter duas aquas prenominatas. stradunam ui-
licet et ozoblogam. preter decimam trium
mansorum qui sunt ecclesie assignati. et qua-
tuor aratorum quibus aratur pro ipsa domo.

./.

./.
quam excludimus a divisione, sed sit precipua domino abbatj. ita quod pars episcopi penitus sit libera ej. Ecclesia autem de jaroslau habeat respectum de dote sua ad partem abbatis tantum. Item renuntiavit dominus abbas pro se et ecclesia de uyazd. xij. maldratis annone in villa thesselinj. que dicte ecclesie videbantur ascripte. Episcopus vero wratizlaviensis cum suo capitulo predicta recipiens. et quantum ad predictam discordiam satisfactum reputans sue ecclesie iuri omnj quod contra prefatum monasterium occasione dictj eorum privilegij habere videbatur, renuntiavit simpliciter pro se et suis successoribus in perpetuum. exceptis eis que sunt superius notata. Privilegium eorum dictum ex certa scientia confirmavit. et ne de ipsius veritate in posterum posset dubitarj, fecit illud nostro et suo. et wratizlaviensis capituli sigillis communiri. et subscriptione canonicorum wratizlaviensium. et tenorem ipsius presenti carte verbo ad verbum adnotarj. qui per omnia talis est.

Hec predicta conpositio seu transactio facta est inter
thomam wratizlaviensem episcopum. et capitulum
wratizlauie ex una parte. et Guntherum abbatem
de lubens ex altera et suum conuentum. Anno do=
minice incarnationis. M°. cc°. XXX°. V°. in die omnium
sanctorum in wratizlauia. in presentia quorum
nomina sunt subscripta, Petrus wratizlauie prepo=
situs. victor decanus. Narlaus archidiaconus. Bo=
guzlaus scolasticus. Crisanus cantor. Laurentius
custos. Egidius quondam cancellarius. Otto. Pra=
uota. henricus. Lambinus. Symon. Johannes.
Arnoldus. Magister petrus. Willelmus. Echardus
Johannes. Conradus. Polonus. Gregorius. Adam.
Nicolaus. Jacobus. Panthinus. Laurentius.
Stizlaus. Balduinus. Nicolaus. Gerlacus. Ma=
gister Boguzlaus de dobra. Boguzlaus Jarozlaj.
Jacobus de scarissov. Reinoldus. Johannes flo=
rinj. Johannes filius stephanj. Radzlaus ar=
chidiaconus de olomuch.

126

Nr. 157

GREGORIUS episcopus seruus seruorum dei. Dilec-
tis filijs .. Abbati et Conuentui Monasterij Luben-
sis Cisterciensis ordinis Wratislauiensis dioceseos.
Salutem et apostolicam benedictionem. Ea que
iudicio uel concordia terminantur firma debent
et illibata persistere. et ne in recidiue conten-
tionis scrupulum relabantur apostolico conuenit
presidio communiri. Exhibita siquidem nobis ue-
stra peticio continebat. quod cum inter uos ex par-
te una et uenerabilem fratrem nostrum .. Episco-
pum et Capitulum Wratislauiense ex altera,
super quibusdam decimis. possessionibus. et rebus alijs
questio exorta fuisset, tandem mediante venerabili
fratre nostro .. Episcopo quondam Mutinensi de
Liuonie et Pruscie partibus ubi legationis offi-
cium exercuerat redeunte amicabilis inter partes
compositio interuenit. sicut in litteris inde confec-
tis dicitur plenius contineri. quam roborari apos-
./.

/.
stolico munimine petiuistis. Nos igitur uestris iustis
precibus inclinati, compositionem ipsam sicut rite
sine prauitate prouide facta est et ab utraque
parte sponte recepta et hactenus pacifice ob=
seruata, auctoritate apostolica confirmamus, et
presentis scripti patrocinio communimus. Nulli
ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre
confirmationis infringere uel ei ausu temerario
contraire. Siquis autem hoc attemptare presum=
pserit indignationem omnipotentis dei et
beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se
nouerit incursurum. Datum viterbij XVJ. kal.
Februarij Pontificatus nostri Anno Nono.

Nr. 159.

GREGORIUS episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filijs .. Abbati et Conuentui Monasterij de Lubes Ci=sterciensis ordinis Wratislauiensis dioceseos. Salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Roma=na ecclesia deuotos et humiles filios ex assuete pietatis officio propensius diligere consueuit, et ne prauorum hominum molestijs agitentur, eos tamquam pia mater sue protectionis mu=nimine confouere. Eapropter dilecti in domino filij, uestris iustis postulationibus inclinati. personas uestras et locum in quo diuina estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis que im=presentiarum rationabiliter possidet aut in fu=turum iustis modis prestante domino poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. et presentis scripti patrocinio commu=nimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc atten=

./.

/.
ptare presumpserit. indignationem omnipotentis dei
et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se
noverit incursurum. Datum. viterbij. XVI. Kal.
Februarii. Pontificatus nostri Anno Nono.

IN nomine domini nostri ihesu christi Amen. Quoniam omnia que temporaliter aguntur per decursionem temporis annullantur. preter ea que litterarum apicibus communita sequacium memorie relinquuntur. Inde est quod nos Wlodizlaus ducis quondam Odonis felicis memorie filius miseratione divina dux Polonorum notum facimus presentibus et futuris. quod pro remedio anime nostre contulimus beate virgini in Lubens cysterciensis ordinis de dyocesi Wratizlaviensi Tria milia mansorum. talium qualium sunt circa Aureum montem interra (?) fratris nostri Illustris Ducis Henrici. in territorio Wellensi circa Lubrzsko. et bytin. cum omnj iure et omnibus utilitatibus. videlicet. Pratis. Agris. Pascuis. venationibus. Lacubus Castoribus Piscationibus. volentes ut tres Civitates locent in iam dicto deserto. preter villas quas domino largiente poterunt collocare. Et quia dispendium in temporalibus pati pro christo non repu-

./.

tamus. eius amore qui umbra manus sue nos porrexit. et pro=
tegit. in remissionem peccatorum nostrorum conferimus habita=
toribus Ciuitatum illarum. et uillarum. ius teutonicale. ab
omni eos iure Polonico eximendo. ita ut nullis omnino an=
garijs. seu polonicis consuetudinibus aggrauentur. sicutj est.
Powoz. Prewod. Podwoda et alie multe polonice seruitu=
tes. quia donum deo collatum. non expedit legibus
principum subiacere. Habundantiorj etiam cautela ip=
sis habitatoribus prouidentes. volumus. ut a collectis
et peticionibus que in quibusdam terris fiunt. sint
a nobis et a nostris posteris absolutj. De expedi=
cionibus autem que fiunt extra terram. ut habi=
tatores eiusdem desertj communiter sint omnes liberj
constituimus. In defenssione (?) uero terre hij qui man=
sos in feodo receperunt. ut eo ualidius hostilis in=
cursio (?) reprimatur proprijs sumptibus ad esse
tenebuntur. Judiciorum nichilominus omnium ut
est de contencione, percussione. et omnj questione.
et etiam capitis truncacione. uel suspensione. su=
orum tantum hominum in ibi existentium. Ab=
bati Lubensi ut hec exsequenda aduocato cuj
uoluerit conferat. totalem tradimus auctori=
tatem. Si uero de iudicio capitis et qualibet

./.

./.

magna questione fuerit placatió facienda. ut eo pociori ani=
me nostre memoria habeatur eidem abbatj totaliter con=
cedimus. Si qua uero contentió in ter (?) teutonicum et
polonum orta fuerit. et coram aduocato sepe dictj Abba=
tis non poterit diffiniri. ut utriusque sententia ad nul=
lius preter nostram audientiam uenire ualeat. in Castro tamen
propinquiorj cum ad ipsum peruenerimus. uolamus in uiola=
biliter (?) obseruari. Preterea addidimus eidem supradicte
domuj uidelicet Lubensi cum omnj utilitate que deberet
nobis uel nostris successoribus prouenire (?) monetam habere
specialem. volomus etiam ut lacus et Aque alie. que
sunt in supradicto territorio in numero mensurabilj ui=
delicet trium milium mansorum supradictorum nullo=
modo habeantur. sed pleni perse (?) ab eadem domo per=
petuo conseruentur. ut autem hec nostra donatió firma
et in uiolabilis permaneret omnem contradictionis
occasionem auferentes. presentem paginam conscribi fe=
cimus. et sigillo nostro communiri. Actum Anno Mj=
lesimo ducentesimo Tricesimo nono. septimo kal. Maj.
sub. presentia. dominj Pauli poznaniensis Episcopi.
Balduinj decanj Gneznicensis. vitozlauj decani poznanien=
sis. Cristinj custodis Gneznicensis. ~~Bogusse~~ Petri Archidia=
coni poznaniensis. Cezaeradi castellanj Gneznicensis.

./.

/.

Bogusse castellani de Wellen . et aliorum multorum uirorum tam nobilium quam religiosorum.

Nos dei gracia Wlodizlaus felicis memorie ducis quondam Odonis filius omnibus hoc scriptum inspecturis salu=tem. et omnem dilectionem. Agnoscat universitas uestra quod ad laudem dej. et ipsius genitricis per=petue virginis marie. nec non et obsalutem ani=marum nostrarum. patris. Matris. vxoris et om=nium parentum nostrorum contulimus conuentuj de lubes religiosis fratribus. Cysterciensis Ordinis wratizlauiensis diocesis Tria milia mansorum in uno ambitu in Territorio wellensi circa Lupzesko et Bytin talium qualium sunt in terra Henricij Il=lustris ducis zlesie circa aureum montem iure teutonicalj perpetuo possidendos. cum omnj utilitate videlicet. Agris. pratis. pascuis. Aquis. Lacubus. Castoribus Piscationibus venationibus et omnibus alijs prouentibus. qui nobis et nostris successoribus debe=

./.
rent prouenire Constituimus in super (?), ut ipsi in ipso ambitu uidelicet trium milium mansorum tres locent fo=
renses ciuitates cum moneta speciali, in quacumque tamen earum Decreuerint constituere habituri, cuius censum et prouentum, qui ex ipsa moneta prouenerit una cum cen=
su supradictorum mansorum eisdem fratribus ut eo potiori memoria nostri habeatur in euum habendum Destinamus. Hec idcirco ad uniuersos christi fideles Denunciamus, non quod absit ob inde laudem ac fauo=
rem hominum queramus, sed magis propter hoc, qua=
tinus fiducialius omnibus in ibi colere ac in habitare uolentibus accedendi ausum prestemus uberiorem, unde quicunque desiderant procolendis et inhabitandis supra=
dictis mansis terram nostram in troire omnem Theloneij solutionem per duodecim annos eis relaxamus, rogantes et precipientes, Castellanis Baronibus et omnibus Thelonearijs, ut omnibus terram nostram intrantibus et exeuntibus sigillum Abbatis Lubensis osten=
dentibus absque omni exactione theloneij et grauā=
mine omni tempore libertatis eorum, ab anno ui=
delicet illo, quo accesserint pro eisdem sepe dictis mansis possessuris, liberam transeundi concedant
./.

1.

facultatem. Transactis uero annis libertatis tocius the-
lonej prout Crostenses soluunt soluent medietatem. Datum
Anno abincarnatione dominj. M°. CC°. XXX°. viiij°. septi-
mo kal Maj.

132

IN NOMINE DOMINI AMEN. Nos Boleslaus dei gratia dux zlesie et Polonie, notum facimus vniuersis, tam presentibus quam futuris, quod una cum matre nostra, et fratribus nostris, de consilio baronum nostrorum, villas, que proprio nomine Broschlovizi, et Polchovizi, nuncupantur, cum omnibus pertinencijs, videlicet, Agris, Pratis, Siluis, Aquis, et vsu aquarum, tam in Castoribus quam in Molendinis, et alijs omnibus que pertinent ad usum aquarum, secundum quod sunt plene suis in terminis, domino Abbati et Conuentuj de Lubes, nomine ecclesie ipsorum vendidimus, et tradidimus pro ducentis et triginta marcis argenti inpondere polonico, quarum solutionem nos confitemur plenarie recepisse, Dantes eis facultatem, easdem villas jure theutonico locandi, et perpetuo possidendi. Vt autem hoc factum, ratum semper et inconvulsum permaneat infuturum, presentem litteram super

./.

/
hoc conscribi fecimus. et sigillorum nostri. ac matris nostre. et duorum episcoporum. videlicet. vratizlaviensis. et Lubucensis. appensione insigniri. Actum est in vratislauia. Anno ab incarnatione domini. Millesimo. ducentesimo. quadragesimo. tercio. septimodecimo kalendas Nouembris, sub testimonio proborum virorum et honestorum. quorum nomina sunt hec. Dominus Thomas episcopus vratizlauiensis. dominus Heinricus episcopus lubucensis. Theodericus. cantor vratislauiensis. Gerlacus notarius ducis. Comes Boguzlaus. castellanus de Nemz comes Radzlaus. castellanus de vratislauia. comes Theodericus. castellanus. de Reczen. comes Lezota. castellanus. de legnicz. Guntherus. castellanus. de Glogov. Mrozko. castellanus. de Bolezlawicz. Gebehardus. castellanus. de Landowel. Albertus. de Kartin. Beroldus. subdapifer ducis. Pribizlaus. filius Dyrskonis. Dobes. gener Ylsconis. Otto. et Stephanus. filij Cunradi quondam de crosten castellani. et alij multi tam laici quam clerici.

Nr. 168.

In nomine domini amen Notum sit omnibus presentibus et futuris quod nos Meseco dei gratia dux de Opol attendentes deuotionem domini abbatis Henrici de lumbes (?). contulimus libertatem hominibus eius unuersis (? universis) in Cazimir. et alijs uillis eiusdem in nostro ducatu constitutis talem uidelicet libertatem ut nec coram castrensibus iudicibus nec coram iudice curie nostre preter coram rectoribus predicte domus compareant responsuri. Actum in ratibor anno gratie domini M° c° c° xl. iiii° presentibus hijs iudice paulo. Subcamerario Jaroslao. domino Henrico notario iacobo capellano curie. Rammoldo, Gomizlao et alijs quam pluribus.

Nr. 169.

IN NOMINE DOMINI AMEN Quoniam serui-
de ambitionis mortales cunctos non desinit inficere
contagio et diuersum humanitas fallendi non ue-
retur introitum attemptare. necesse est ut in con-
tractibus (?) modernorum obliuionem que materiam
controuersie cogit exordiri scriptis et atestatio-
nibus obumbremus. Nouerint igitur vniuersi et po-
steri, presens scriptum inspecturi. quod nos Bolezla-
us dei gratia Dux zlesie et Polonie. inspecto fi-
deli obsequio domini Heinrici Abbatis et to-
tius conuentus de Lubes quod nobis crebris be-
niuolentijs inpenderunt in hereditatibus (?) eorum
que wlgariter. Prochlowiz. Slup. Noua curia et
Witcsino uocantur ut nullus se de Castorum cap-
tione preter eos intromittant tribuimus fa-
cultatem ad predictum conuentum perpetuo
deuoluendam. Ad cuius rei memoriam ut predicta

/.

./.

concessio inconcussa permaneat presentem cedulam . sigilli nostri robore duximus insigniri . Datum in lubec . Anno domini . M°. cc°. xlquarto .

IN nomine domini Amen. Nouerint vniuersi tam presentes quam postmodum futuri presentem paginam inspecturi. quod nos Boleslaus dei gratia dux Slesie et polonie ex consensu Reuerentissime matris nostre Anne ducisse Slesie et libero. arbitrio fratrum nostrorum ducum henrici et Cunczonis immo et vladislai. cum domino. h. abbate de lubes et toto conuentu talem ordinauimus commutacionem vt ipsi racione uille que Bartuschow uocatur quam ad usus nostros et commodum nostrum nobis reseruauimus. uillam que malschicz nuncupatur cum omnibus attinencijs secundum quod in grenitijs suis ab antiquo est limitata et distincta iure perpetuo cum omni Dominio et omni libertate et iure nostro Ducali cum iudicio manus et capitis aut cuiuscumque cause sicut ad usus nostros et ad cameram nostram iure hereditario pertinebat. tamquam bona ecclesiastica habeant et

./.

possideant in eternum. ita tamen quod claustro lubensi et
monachis ibidem deo servientibus omnis decima aratrorum nostro-
rum in eadem villa Bartoschow remaneat eternaliter accipien-
da et habenda. Datum in Bartoschow anno domini M°.
c°c°. xl°v° presentibus dominis Comite Lessoto Castellano
de Lignicz. Gunthero de Bybirstein. et Rudolpho et vlri-
co subdapifero. Nicolao canonico de glogow. Conrado ca-
nonico de lubus et alijs quampluribus. In cuius rei te-
stimonium ut predicta ordinacio et commutacio robur
habeat eternitatis presentem paginam sigilli nostri
munimine dignum duximus insigniri.

Nr. 172.

In nomine domini amen. Nos Mesco dei gratia Dux de Opol notum facimus vniuersis presentibus et futuris quod pensata commoditate et vtilitate tam nostra quam eciam Lubensis Monasterij Ordinis Cysterciensis wratislauiensis dyocesis de voluntate et maturo consilio Baronum ac Nobilium nostrorum Villarum infra nominatarum tale fecimus concambium Recepimus siquidem ab eodem Monasterio Duas Villas in confinio Moranie sitas Sonouo et Clyzino cum omni vtilitate que ibidem tam in hominibus quam in terris prouenit vel inposterum poterit prouenire. In quarum permutacionem dicto Monasterio de nostra proprietate assignauimus Villam que Karimir nunccupatur cum suo pleno circuitu et omnibus pertinencijs Iudicio manus et capitis, Villasque que Loncouici et Comornici wlgariter nominantur, adiectis nichilominus pratis, nemoribus, mellificijs earundem villarum et omni vtilitate aquarum in Molendinis, piscacionibus, castoribus, et ceteris que ex hijs inpresen

/.

./.
ciarum proueniunt vel inposterum ex industria ibidem ha=
bitancium poterunt prouenire Incolis autem villarum il=
larum quas supranominato Monasterio in prefata commu=
tacione pleno iure assingnauimus eam dedimus Libertatem
vt ab omni expedicione siue exercitu preterquam ad
terre defensionem liberi omnes et singuli teutonico iu=
re fruentes ab omni exactione peticione siue collecta
et generaliter ab omnibus predialibus siue personali=
bus prestationibus que ab alijs simili modo vel alio
iure vtentibus fieri consweuerunt vel infuturum
forsitan Principis voluntate fuerint excogitate im=
munes existant, Ita quod omnia Judicia in Villis
prenominatis que dictum Monasterium a nobis per=
mutacionis nomine suscepit ad solum Abbatem
vel ad eum quem eis idem Abbas preposuerit
pertineant. et ad ipsum Monasterium ex integro
perueniat quidquid in eis fuerit derivatum Ju=
dicium eciam manus et capitis quod respectum semper
habuit ad nos ut pocior nostri sit memoria cum
omni vtilitate plenissime indulgemus. Hijs igitur
taliter conpletis et fratribus dicti Monasterij no=
mine ipsius in omnium supradictorum inductis pos=
./.

./.

cessionem nacta eciam possessione a nobis Villarum su=
pranominatarum Sonovo videlicet et Clyzino nos pleniore
habita deliberacione tum quia possessiones quas nos
a sepefato Monasterio recepimus meliores erant
illis quas nos pro commutacione sibi contulimus,
tum eciam ut in eodem Monasterio nostri ac om=
nium progenitorum nostrorum continua in oracio=
nibus habeatur eidem Monasterio mera liberali=
tate quasi restituendo pleno iure contulimus vti=
litate sine vsufructu solummodo nobis diebus vite
nostre retento, Ita quod post nostrum obitum
nominate Ville pleno iure eciam Judicio manus
et capitis ac cum omni vtilitate ad ius et pro=
prietatem Dicti Monasterij directe sine cuius=
libet contradictione reuertentur. Vt autem
hec nostra permutacio et donacio rata et
inuiolabilis perseueret ad perpetuam robor fir=
mitatis et in memoriam gestorum presentem
litteram nostro sigillo eidem Monasterio con=
tulimus roboratam. Actum in Ratibor, Anno
incarnacionis domini Millesimo Ducentesimo Qua=
./.

/.
dragesimo quinto Pridie Idus Aprilis Presentibus: Ry-
noldo Archidiacono de Opol, Nicolao Archidiacono de Glogow
Nicolao Canonico et Cancellario, Nicolao Castellano de
Corte Dytxone de Butyn Castellano, Ottone Castellano
de Ratybor Jaroslaus Subcamerario Ralicha The-
zaurario Gothardo Notario, Jacobo, Paulo, Roperto,
Marco, Egidio, Ramoldo.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Quum ut ait Dominus habundabit iniquitas. et refrigescit karitas multorum. Nos Bolezlaus et Heinricus Duces zlesie eorum malitie uolentes obuiare. qui ueritatem dei in mendatium assueti sunt commutare. Notum facimus vniuersitati fidelium quod de uoluntate fratrum nostrorum Cunradi et Wlodizlai hereditates que Brochlovici et Polcovici nuncupantur. quas Abbas de Lubens et suus conuentus pro ducentis et triginta. Marcis post mortem patris nostri. a paganis occisi. a nobis comparauit et integraliter persoluit. iterato confirmamus presentis scripti patrocinio. Conferentes sibi suoque monasterio in perpetuum ius proprietatis. predictarum villarum in agris. pratis. pascuis. aquis. Molendinis. castoribus. terris cultis et excolendis. ut in priuilegio inde confecto plenius continetur. quatenus omni libertate gaudeant. qua ordo Cysterciensis con-

./.

./.
suevit gaudere suorum auctoritate priuilegiorum. Et quia domi-
nus Abbas tempore hujus confirmationis obtulit et per-
soluit nostre dominationi triginta Marcas, volumus ut
predicte hereditates cum omnimoda libertate sibi suoque
Monasterio illibate permaneant. nec quisquam ausu temerario
audeat uiolare. quod nostro scripto et sigillo dignum duximus
communire. Acta sunt hec in Wratizlauia. Anno incarnatio-
nis domini. M°. cc°. x°L. VII°. In die sancti Luce. in presen-
tia fratrum nostrorum Cunradi prepositi. et Wlodizlai.
et aliorum quam plurium quorum nomina sunt sub-
scripta. Boguzlai videlicet castellani de Nemcz. Ra-
zlai fratris sui castellani de Wratizlauia. Guntheri de
Bibirstein et camerarij de legniz. Rudolfi fratris eius.
Bertoldi castellani de Glogov. friderici dapiferi. Cun-
radi pincerne. vlrici subdapiferi.

Nr. 176 139

IN nomine Domini Amen. Nos Thomas dei gratia Wratislauiensis Episcopus. Notum facimus uniuersis. quod frater Merboto magister hospitalis sancte. Elizabet in Wratislauia in presencia nostra pecijt A domino abbate et fratribus Cisterciensibus de lubens decimam de quadam parte terre de uilla Bogusici. quam terram idem fratres Cistercienses possident infra metas territorij curie sue de pulcro campo quod dicitur sonuert (? sconuelt). dicens decimam illam ratione uille sue Bogusici ad idem hospitale pertinere. et hoc uolebat per uicinjam secundum consuetudinem terre probare. Abbate pro se et fratribus suis respondente quod eandem terram de senioris ducis henrici uoluntate. et decimam de domini laurencij episcopi gratia ante tempora concilij lateranensis possedissent pacifice et quiete. Et cum super hoc satis liti./.

./.
gatum fuisset, uisum est nobis et fratribus nostris ut
domino abbati deferremus quatinus si probare posset decimam
supradictam ante tempora concilij lateranensis et huc
usque pacifice possedisse. ipsum ab impetitione magistri
iam dicti absolueremus Receptionem testium Canonicis
nostris dominis Nicholao, Wolchero committentes ipsos
in lubens transmisimus. qui assumptis secum domino
Simone plebano de stinaw et vitali sacerdote (?) de
lubens inpresencia supra dicti Magistri. M. domino
T,tricho primo teste iurante ut ueritatem diceret. Is-
dem hospitalarius alios testes iurare non permisit ui-
dens eorum maturitatem et honestatem. Coram nun-
cijs nostris et fratribus domus. Idem magister. M.
accioni sue pro se et suo hospitali super decima il-
lius territorij que fuit de Bogusici inperpetuum
renunciauit. Postea idem. M. hospitalarius ueniens
in nostra presencia ipsos absoluit accioni sue pro
se et suo hospitali renuncians inperpetuum.
Dixit coram nobis sicut iuste possident ita deus
faciat eos inperpetuum possidere. Et ne a quo-
quam inposterum super hijs dubitetur. presentem
paginam sigillo nostro duximus muniendam. Actum
in wratizlauia in domo nostra. Anno domini. M^o. cc^o.
./.

x l°: viij. v. kal. nouembris. Coram Capellanis nostris et multis Alijs.

Vcr. 178

141

IN NOMINE DOMINI AMEN. Nos Bolezlaus dei gratia Dux zlesie et Polonie. notum facimus vniuersis tam presentibus quam futuris. quod vna cum fratre nostro Cunrado electo patoviense. de consilio baronum nostrorum. villas. que proprio nomine Sychove. et Glynan. nuncupantur. cum omnibus pertinentijs. videlicet. Agris. Pratis. Siluis. Aquis. et usu aquarum. tam in Castoribus quam in Molendinis. et alijs omnibus que pertinent ad usum aquarum. secundum quod sunt plene suis in terminis. Domino Abbati Heinrico et Conuentuj de Lubens. nomine ecclesie ipsorum vendidimus. et tradidimus pro ducentis et quinquaginta Marcis argenti in pondere polonico. quarum solutionem nos confitemur plenarie recepisse. dantes eis facultatem easdem villas ivre theotonico locandi. et perpetuo possidendi. Ut autem hoc factum ratum semper et inconvulsum permaneat infuturum. presentem litteram super hoc conscribi fecimus. et sigilli nostri. et supradicti fratris nostri appensione insigniri. Actum in Aureo mon=

/.

1.

te. Anno ab incarnatione domini. Millesimo. Ducentesimo. qua-
dragesimo nono. Kalendas junij. sub testimonio proborum virorum
et honestorum. quorum nomina sunt hec. dominus Magnus
prepositus de Lubus. et frater ipsius Comes Sifridus de
Anhalt. comes Albertus de Rabynswalde. Guntherus de
Bybirstein. et frater eius Rudolfus. Volradus de inda-
gine. Cunradus de strele. Vetigo de Camenz. Richardus
de Damis. Gerhardus de lapide. Otto filius Cunradi
de Crozna. Valentinus notarius ducis. Cunradus scrip-
tor. Heinricus de Guzic. Hartmannus de valkenberch
Fridericus Modek. Petrus subpincerna. Yko filius My-
ronis. Theodericus de Muschov. et alij quam plures
tam clerici quam laici.

Nr. 180.

142

IN NOMINE DOMINI AMEN. Nouerint vni-
uersi presentes et posteri. presens scriptum inspecturi
quod nos Bolezlaus dei gratia Dux Slesie et Polonie
de consensu fratris nostri electi Pathauiensis. per-
spectis meritis et fidelibus obsequiis Reuerendi
in christo patris nostri Abbatis de Lubens. crebro
ab ipso et a conuentu perceptis. ipsi consilio
Baronum nostrorum. decreuimus concedendum quod
in villa sua forensi Lubens uocata. eodem iure teu-
thonico et pari libertate qua ciues de nouo foro
gaudent liberrime perfruantur. videlicet iudicijs. mer-
caturis. et vniuersis eis quibus fulcitur ius teutho-
nicum et libertas. Ut autem hoc fecimus ratum
semper et inconuulsum permaneat infuturum. pre-
sentem litteram super hoc conscribi fecimus.
et sigilli nostri. et supra dicti fratris nostri
appensione insigniri. Actum in Aureo monte.

/.

1.

Anno domini Millesimo Ducentesimo. quadragesimo no=
no. XVij°. kalendas julij hijs presentibus: domino Magno
preposito de Lubus et fratre ipsius Sifrido comite
de Anhalt. comite Alberto de Rabynswalde. Gunthero
de Bybirstein et fratre ipsius Rudolfo. Conrado de
strele. volrado de indagine. vitigone de Camenz. Ri=
chardo de Damis. Gerhardo de lapide. Ottone filio
Cunradi de Crozna. valentino notario. Cunrado scrip=
tore: Heinrico de Guzc. Hartmanno de valkenberhc.
Friderico Modek. Petro subpincerna. Yrone filio My=
ronis. Theoderico de Muscov. Ottone filio Guntheri
de bybirstein. et alijs quam pluribus tam cleri=
cis quam laicis.

Nr. 182

IN NOMINE DOMINI AMEN: Multis in=
commodis prudenter occurrimus. cum etatis nostre ne=
gotia litterarum memorie commendamus. quid que a nostris
sunt prioribus instituta per obsequia scripturarum
ad nostram noticiam peruenerunt. Nos igitur Heinricus
dei gratia dux zlesie presentis scripti testimonio
ad omnium tam presentium quam futurorum
noticiam cupimus peruenire. quod nobis proceden=
tibus cum exercitu contra fratrem nostrum Ducem
Bolezlaum. dominus Abbas domus Lubensis et
sui fratres dampna grauia et grauamina intolerabi=
lia per nostros homines receperunt per quos non
solum ville ipsorum et grangie depredate. ve=
rum etiam in parte maxima incendio sunt cre=
mate. Unde nos scientes formam esse iusticie et
honestati congruere principali. religiosorum uirorum
res et possessiones non minuere sed augere. non in=
uadere sed tueri. quatenus sue iniurie et nostre
./.

/.

consciencie satisfieret ut etiam ab eisdem ad deum nostri memoria frequentior permaneret. domui supradicte. donauimus villam que uulgariter. Bresina nuncupatur. cum suo pleno circuitu. videlicet agris siluis pratis pascuis. non excipientes illud pratum quod uocatur specialiter Ducis pratum. mellificijs Aquis et Aquarum usibus. tam in castoribus quam in piscibus. et alijs omnibus utilitatibus que in ipsa hereditate ipsorum industria et labore nunc et inposterum poterit prouenire Hoc adicientes. quod si domino abbati et suo conuentui placuerit. Theutonicos vel alterius cuiuslibet ydiomatis homines in predicta hereditate iure Theuthonico collocare. ipsi homines. eo iure quo utuntur villani circa nouum forum liberrime pocientur. Ut autem hec nostra donatio domui prenotate imperpetuum permaneat illibata. domino Abbati et conuentui dedimus presens scriptum sigilli nostri munimine roboratum. Acta sunt hec Anno domini. M°. CC°. LI°. in die omnium sanctorum in villa dominorum de sancta Maria de vratizlauia. que Cridilin dicitur. presentibus hijs et consentientibus quorum nomina sunt subscripta. comite Mroskone castelano de

/.

½

Becen zbilutone iudice crurie (? curie). Gebehardo de wisenburch Michaele monoculo. Ottone de Wilin. Dobessio de Damanz. Johanne ascina. Stephano iuniore de wirbina. Heinrico de prouin. Heinrico et Immrammo filijs comitis ilici.

Crescentibus Stupendis et Magnificis Miraculis, quae Divina Clementia Salvatoris per Beati Stanislai Pontificis Cracoviensis, gloriosa merita Polonorum Genti operari dignata est. Commissio super miracula ab Urbe Roma emanata est tenoris sequentis.

INNOCENTIUS. Episcopus servus servorum DEI. Dilecto Filio Jacobo Velletrensi Ordinis Fratrum Minorum salutem et Apostolicam Benedictionem. Licet Venerabili Fratri meo Episcopo Cracoviensi et dilectis Filijs Capitulo et Clero Cracoviensis Civitatis et Dioecesis suis Nobis literis intimantibus quod mirabilis Deus in Sanctis suis piae memoriae Stanislao Cracoviensi Episcopo tot et tantis dat corruscare miraculis ut illius Sanctitas apertis Judicijs comprobetur, et ipsius inter alios Sanctos non invocari suffragia est indignum. Venerabilibus fratribus Nostris Archi Episcopo Gnesnensi, Episcopo

./.

./.

Vratislaviensi, dilecto Filio Abbati de Lubens Cister-
ciensis Ordinis Vratislaviensis Dioecesis dederimus Nostris
literis in mandatis, ut assumptis sibi Viris Religiosis
et Deum timentibus, de Virtute morum et Veritate
Signorum operibus agant, et miraculis diligentis-
sime inquirent, quae invenirent, Nobis suis lite-
ris fideliter intimarent, ipsisque in negotio huius-
modi procedentibus et rescribentibus Nobis, Nos
fidem ablibeamus, ut a dictis Inquisitoribus si
superstites et praesentes in Provincia fuerint,
an sic processerint, sicut sub ipsorum sigillis
recepimus, perscruteris, et ipsorum Actorum
Exempla, ad majorem certitudinem tecum portes,
faciens praestari tibi eos, qui dicuntur fuisse
a diversis infirmitatibus liberati, quos et quot
potueris, ac illos duos Centenarios si superstites
fuerint, de quibus mentio est, in Actis quae dicun-
tus ab aliquibus accepisse, vel eorum alterum,
quod Sanctum noverunt eundem, et de ipsius cla-
ra et honesta conversatione dum viverent audie-
runt, inquisiturus ab ipsis an ita sit et inspec-

./.

146

turis. Nihilominus devotionem, Populi et famam Communem super Martirio et causa martirij nec non et Sanctitate ipsius inquiras. Insuper utrum Cracoviensis Dioecesis Paganis et Ruthenis Schismaticis sit confinis, ut per hoc ex ipsorum confinio lucrum provenire valeat animarum, ad hoc librum Cronicarum quo ad Capitulum pertinens ad negotium memoratum ex Archivo Ducis Poloniae aeditum, et etiam librum Annalium, et Episthaphium considera diligenter. Et his summatim sub obtestatione juramenti, ubi tibi visum fuerit coram prioribus Inquisitoribus praestiti plenius intellectis, si aliqui testes super prioribus vel novis articulis tibi fuerint praesentati, eos juratos secundum formam recipiendorum testium prudentum recipias et diligenter examinare procures et sic instructus ad Nos, ut per te super his instruamur plene revertaris. Datum Perusij septimo Calendas Junij, Pontificatus Nostri Anno Nono.

In nomine Domini ameN. Quod maiestas principum cum mature premeditacionis studio statuit. illibatum debet seruare sollertia successorum. Inde est quod Nos boleslaus dei gracia dux slezie notum esse volumus vniuersis presentibus et futuris huius pagine seriem inspecturis quod licet villam bartossow wlgariter nuncupatam ad cenobium lubes ab antiquo perti-nentem ad nostros vsus acceperimus per concam-bium eiusdem cenobij a conuentu. dantes pro ipsa villam nostram contiguam eidem cenobio Malschitz communi vocabulo appellatam tamen ad vltimum perpendentes et certo certius cognoscentes non esse equam huiusmodi campsionem, in eo vide-licet. quod in ipsa fuerit nostris vtilitati-bus derogatum. a domino.. Abbate dicti ceno-bij et suis fratribus consensu dilectorum no-strorum filiorum bolkonis. Bernhardi. Jaros-

/.

./.

lai. accepimus nonaginta marcas vsualis ponderis et
argenti. per quas dicte campsionis inequalitatem re-
congnoscentes esse sufficienter adequatum. prefatam
villam Malschitz cum omnibus attinencijs suis vi-
delicet agris cultis et incultis, pratis. pascuis. ru-
betis. lingnis. lacu. piscaturis et littore fluvij
odere nec-non cum omnibus vtilitatibus et pro-
ventibus ac iure nostro ducali. cum omni iudicio su-
periori et infimo manus et capitis. cum omni
dominio et omni libertate sicut ad nos et ad no-
stram cameram pertinebat dicto cenobio et suo con-
ventui concedimus ac conferimus libere possidendam.
Insuper allodium Rogow quod predicti fratres in lu-
bes. nouiter ante paucos annos de incultis agris
exstirpatis radicibus. suis laboribus ac sumpti-
bus funditus construxerant et locarunt. dicto
conuentui in lubes appropriamus sicut villam
malschitz libere possidendum. Preterea ne tamen
monachi lubenses in prefata pecunie summa se
senciant defraudatos et ne ipsam gratis videamur
recepisse. in salutem anime nostre et in remedium

./.

./.
peccaminum nostrorum, volentes eciam munificentie nostre liberalitatem in dictum Conuentum lubensem exercere. omnia Bona que dominus abbas lubensis et conuentus predicti. in villis. predijs. hereditatibus quibuscunque. in dominio nostro ac in tota terra nostra habent vel possident. seu in futurum ex donacione fidelium obtinebunt. vel suis pecunijs conparabunt. tamquam bona ecclesiastica cum omni iure nostra ducali. cum omnibus iudicijs superioribus et infimis super capita et manus. cum omni dominio. cum omnibus libertatibus ac vtilitatibus debent libere et pacifice iugiter possidere ac habere. In cuius rei testimonium presencia sigilli nostri munimine iussimus communiri. Datum in castro lignitz. anno domini. M°cc. lxj° sexto kalendas Januarij. presentibus filijs nostris predictis et domino henrico de prouin. domino henrico de dagor. domino lamperto de suognitz. domino hermanno Buch. domino luthero. Elgero. didlmanno de salburg et Nicolao Curie nostre notario et alijs quam pluribus fidedignis.

INNOCENTIUS episcopus servus servorum dei. Di-
lectis filijs .. Abbati et Conventui Monasterij Lubensis,
Cisterciensis ordinis, Wratislaviensis dioceseos. Salutem et
apostolicam benedictionem. Iustis petentium desiderijs
dignum est et nos facilem prebere consensum. et uo-
ta que a rationis tramite non discordant effectu pro-
sequente complere. Cum igitur sicut petitio vestra
nobis exhibita continebat, Venerabilis frater no-
ster .. Episcopus Lubicensis proventus quarundam
decimarum spectantes ad ipsum de sui assensu Capituli
uobis et Monasterio uestro contulerit intuitu pieta-
tis prout in litteris inde confectis dicitur plenius
contineri, nos uestris deuotis supplicationibus inclinati
collationem huiusmodi sicut pie ac provide facta
est ratam habentes et gratam, ipsam auctoritate
apostolica confirmamus, et presentis scripti patro-
cinio communimus. Salua in predictis decimis mode-
/.

./.

ratione concilij generalis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare pre-sumpserit, indignationem omnipotentis dei, et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius, se noverit incursurum.
Datum Perusij Idus Martij. Pontificatus nostri Anno Decimo.

Nr. 191.

150

INNOCENTIUS episcopus seruus seruorum dei
Dilectis filijs .. Abbati et Conuentui Monasterij de
Lubens Cisterciensis ordinis Wratislauiensis dioceseos. Salu-
tem et apostolicam benedictionem. Cum anobis petitur
quod iustum est et honestum tam uigor equitatis
quam ordo exigit rationis ut id per sollicitudinem of-
ficij nostri ad debitum perducatur effectum. Sane
uestra petitio nobis exhibita continebat. quod No-
bilis uir Henricus Dux Zlesie quasdam possessiones
pertinentes ad eum. que Bresina (? Bresina) uulga-
riter appellatur uobis contulit in recompensatio-
nem quorundam dampnorum que uestro Monasterio
Nobilis intulerat memoratus, prout in litteris
inde confectis plenius dicitur contineri. Nos itaque
uestris supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eo
/.

1.

deus Nobili provide factum est ratum et gratum ha-
bentes, id sine alieni iuris preiudicio auctoritate apostolica
confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.
Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam no-
stre confirmationis infringere vel ei ausu temerario
contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpse-
rit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri
et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.
Datum Perusij XIIj kal. Aprilis. Pontificatus nostrj An-
no Decimo.

Nr. 192

INNOCENTIUS episcopus seruus seruorum dej. Dilectis filijs .. Abbati et Conuentui Monasterij de Lubens Cisterciensis ordinis Wratislauiensis diocesaos, salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum tam uigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Sane uestra petitio nobis exhibita continebat quod uos quasdam possessiones que Sichoua, Glinam, Brochilwiz et Polchowiz uulgariter appellantur emistis a nobili uiro Boleslao Buce (? Duce) Slesie pertinentes ad eum pro quadam pecunie quantitate prout in litteris inde confectis plenius dicitur contineri. Nos itaque uestris supplicationibus inclinati, quod super hoc prouide factum est, et in alterius preiudicium non redundat, ratum et gratum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum

./.

/.

liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere
vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attem=
ptare presumpserit, indignationem omnipotentis dej et
beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit
incursurum. Datum Perusij XIj kal. Aprilis. Ponti=
ficatus nostrj Anno Decimo..

Leo Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam Rei me=
moriam. Pro Excellenti praeminentia Sedis Apostolicae, in qua
post B. Petrum Apostolorum Principem quamuis impari=
bus meritis pari tamen authoritate constituti sumus in
agro irriguo militantis Ecclesiae nouas legationes plantare
et instituere, Pontifici Dignum arbitramur per nouas ~~pla~~
plantationes, praesertim in locis Christi fidelium, infidelibus
vicinis, ac in parte Schismata sustinentibus non solum
populorum Deuotio, verumetiam hac ipsa noua nominis et
fidei Domini Nostri JESV CHRISTI plantatio, Schisma=
tumque eradicatio, vt augeatur, commodiusque succedat, et
animarum salus subsequatur, ac Prouinciae et Regna illu=
strentur. Idque nos eo libentius agimus in locis praedictis,
in quibus cum ex varijs inter mortales occasionibus, tamen
inprimis interitus Schismatum ratione necessitatis, plerum=
que subesse conspicitur, et ad hoc Catholicorum Regum
vota tendere noscuntur, ut assistentia et authoritate Lega=
ti noui et alma mater Ecclesia propagationis, plantationis
nouae, et genus humanum propositum felicitatis aeternae

/.

./.
praemium felicius valeat adipisci. Attendentes igitur quod in
toto Regno Poloniae una Metropolitana Gnesnensis videli=
cet principalis Ecclesiae existit, cui omnes aliae Eccle=
siae dicti Regni Metropolitico iure, ac etiam Metropo=
litana Leopoliensi in terris Russiae ad Regnum ipsum
pertinentibus, Primatiali iure sunt subiectae: Et quod
si venerabilis Frater noster Joannes de Lasko, mo=
dernus et pro tempore existens Archiepiscopus Gnesnen=
sis, suae Archiepiscopali Provinciae et Ecclesijs sibi
Metropolitico ac praedicto Primatiali iure subiectis,
non solum Metropolitico ac Primatiali, sed etiam Le=
gationis officium haberet: ex hoc profecto salubriori
et diligentiori exercitio Metropoliticae Primatialisque
iurisdictionis, et commoditati Ecclesiarum, quae sibi
Metropolitico et Primatiali iure subijciuntur, ac illis
nunc et pro tempore praesidentium Praelatorum
nec non Cleri et populi, Civitatum et Dioecesum
earundem: quae in earum opportunitatibus ad eundem
Archiepiscopum et Legatum ratione eorum quae vigore
Legationis huiusmodi exercere poterit, facilius et com=
modius recurrere possent, et eiusdem Ecclesiae Gnesnen=
sis et Praefati Regni, cuius Reges et incolae Apostoli=
cae Sedi devoti et fideles esse consueverunt devotioni
ac venustati plurimum consuleret: Considerantesque
./.

⁄.

in Regno Angliae olim, et in Germania Archiepiscopos
aliquot legatos natos per praedecessores nostros erectos fuis=
se: Eorundem Praedecessorum vestigijs inhaerentes, et ad
magnam instantiam quam super hoc fecit, et facit
charissimus in Christo filius noster Sigismundus, dicti
Regni Poloniae Rex illustris, debitum habendo respectum
ad Dei Laudem et honorem, ac Fidei Catholicae exal=
tationem, praedictum Joannem de Lasko modernum
ad Nos, et Sacrum Lateranense Concilium pro dicto
Rege Oratorem destinatum, et pro tempore existentem
Archiepiscopum Gnesnensem, Legatum Natum, cum om=
nibus honoribus et oneribus consuetis ita quod de caetero
suae Archiepiscopali et praedictae Leopoliensis Prouincijs
et Ecclesijs sibi Metropolitico et Primatiali iure sub=
iectis, non solum Metropolitico et Primatiali, sed
etiam Legationis iure praesit. Et ratione dignitatis
suae Primatialis, et Legationis officium in ipsis Prouin=
cijs habeat, authoritate Apostolicâ, et ex certa scientia
nostra facimus, et constituimus, et etiam ordinamus;
sibi nihilominus concedentes, ut omnibus et singulis
priuilegijs, libertatibus, praeeminentijs, exemptionibus, im=
munitatibus, honoribus, et gratijs, uti et gaudere: ac
quod omnia et singula facere, et exercere, ac mandare,

/.
ordinare, et exequi quae ad Legatos Natos et huiusmodi Lega=
tionis officium habentes, quomodolibet pertinent, et quae
alij Legati Nati praesertim verò Legatus Cantuariensis in
Provincijs suis de jure, Privilegio, et consuetudine mandare
facere, et exequi possunt, libere et licitè valeat. Mandan=
tes per praesentes universis et singulis Suffraganeis, Leo=
poliensique terrarum Russiae Archiepiscopo, et alijs in
dictis Provincijs existentibus, quatenus eidem Archiepisco=
po et Legato Nato, pro tempore existenti in his quae sibi
ratione officij Legationis sic ut praefertur competunt,
pareant et intendant. Non obstantibus Constitutionibus
et Ordinationibus Apostolicis, ac literis et Privilegijs quibus=
uis concessis, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum
exprimerentur, praesentibus pro expressis habentes, quibus
quoad praemissa, specialiter et expressè derogamus, cae=
terisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo hominum li=
ceat hanc paginam nostrae creationis, constitutionis,
Ordinationis, concessionis, mandati, et derogationis in=
fringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem
hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis
Dei ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius
se noverit incursurum. Datum Romae apud Sanctum
Petrum Anno Domini M.D.XV.V. Idus Julij Pontifi=
catus Nostri Anno Tertio.

str. 91. r. 1116 154
[Damalewicz]

Nos Miesco Dei gratia Dux Poloniae. Vniversis Christi fidelibus tam praesentibus quam futuris notum esse cupimus, quòd pro dilectione Domini Nostri JESV Christi liberatoris animarum nostrarum, et pro veneratione gloriosae Genitricis eiusdem, perpetuae Virginis Mariae, et omnium sanctorum, Monachos ordinis Cisterciensis de longinquis partibus terrae adductos, de Coenobio videlicet Bergensi, pro viris literatis, Divinorum celebrationibus, coelestiumque contemplationibus, collocavimus in loco qui vocatur Landa super fluvium Varta, ob remedium animae nostrae, et posterorum nostrorum, conferentes eis has haereditates subscriptas, cum hominibus et cum omnibus utilitatibus, quae in eis sunt, ac in posterum provenire poterunt, in nostra eos defensione suscipientes, ac successoribus nostris per omne tempus defendendos committentes solo divinae remunerationis intuitu. Jam verò sic notantur possessionum loca, Cossol ubi concessimus esse forum omni libertate plenum, Dolan, Morscho, Cloba, et Mosczewe. Istarum

/.

/.

ergo villarum homines tenentur soluere singuli pro festo S. Michaélis, IX manipulos silignis, modium auenae, mensuram tritici, tres urnas brasei, quinque capetia annonae mete-re, duo plaustra foeni, totidemque lignorum, duos trochos de pino per tres continuos dies, cum tota familia sege-tes purgare, per unum diem singuli cumulare, tres kitas lini dare. Contulimus et has subnotatas haereditates, cum hominibus, et omnibus vtilitatibus quae in eis sunt, et post successiue esse poterunt, Szetlewo, Rzgo-wo cum Stabulario, Grabienice cum Camerario, Sławsko cum Piscatoribus, Wyramowo, Kwaskowo, Chorzen, Sta-rałąka etc. Vt autem hoc nostrum factum, ad ho-norem DEI, Sanctaeque Genitricicis Mariae semper Virginis, robur perpetuae firmitatis obtineat, prae-sentem cedulam sigilli nostri, simul et anuli mu-nimine duximus roborandam. Acta sunt haec in Gnesna in die Beati Adalberti Anno Domini M. C. XVI. Indictione nona, hora 26. Praesenti-bus viris Ecclesiasticis, videlicet Petro Archiepiscopo S. Gnesnensis Ecclesiae, Martino Episcopo Posna-niensis Ecclesiae, Stephano Praeposito ibidem, Citharaedo Decano, Jarossio Palatino, Boguphalo

/.

155

/.

Castellano Gnesnensi, Vlrico Capellano, et alijs quamplu=
ribus Nobilibus.

97

[Damalewicz]

1153

IN NOMINE SANCTAE et INDIVIDVAE TRINITATIS.

Quia nos qui dispensatores Ecclesiae sumus amplius caeteris Deo debemus, et quo plura de donis eius ipso largiente accepimus, eo sane vigilantius nobis curandum est, vt quae nostrae tutelae credita sunt, ea studeamus procu-rare, vt quando messis diuina aduenerit, fructum nostri laboris percipere mereamur. Honestum ac beatum con-stat esse votum, imo sanctum, et laudabile esse patet commercium, dare sua transitoria, et percipere pro his aeterna, terrena sibi displicere, et coelestia possidere. Huius itaque tam sanctae negotiationis amore, Ego Jo-annes Polonorum Archiepiscopus superna inspirante gratia, medullitus ignescens, decorem domus Dei, et locum habitationis gloriae suae diligens, simulque in libro vitae cum iustis conscribi cupiens, patrimonij mei liberam portionem, villas scilicet has: Rakossyn, Potok, Lyssakowo, Latczyno, Rakowo, Tarssawa, Cho-rzewa, cum decimis suis: Praeterea Episcopus bonae

./.

./.
memoriae Maurus, qui eandem Ecclesiam consecrauit, et
Radost successor suus, decimas super villas has addi=
derunt sub anathemate: Osarowice, Vrenistawe, Kona=
re, Michowo, Bochlewo, Borowa, Vrzekopa, Linowo,
omnium bonorum largitorium Deo ad gloriam et laudem,
eiusque Genitrici; nec non et decimam villae quae
vocatur Holosice, Beato Adalberto ad honorem, cum
intimae Deuotionis humilitate contradidi; et exinde in
vna conscriptarum villarum, Bryzinck videlicet,
domicilium Deo fieri, dotari, inuestiri, cum deuoti
desiderij puritate institui. Pro cuius domicilij spiri=
tualiter disponenda gubernatione, pro continuanda
ibi diuinae seruitutis administratione, pro statuenda
etiam ibidem Regularis ac spiritualis disciplinae Re=
ligione, viros quosdam spirituales, militantes Domino
sub Regula B. Benedicti, in ordine sancto Cistercien=
sium, a quo sequestrata est omnis iniquitas, vel
prorsus relegata impietas, prout potui reuerenter
aduocaui, suscepi, dilexi, locaui; Quibus in eodem Bry=
znich scilicet loco spiritualiter degentibus, villas
praetitulatas, cum reditibus eorum vniuersis, in
vsum liberrimum, et ex tunc in perpetuum, qua=
si pauperibus Christi, pauper ipse sine vlla con=
tradictione delegaui. Quas ergo oblationes nostrae
./.

/.

157

deuotionis, pias et vt speramus à Domino acceptas, hac in membrana literis signari voluimus ad notitiam successorum nostrorum, vt inuiolabile robur obtineant per succedentia tempora, ceram ipsi imprimi praecipimus insignitam sigillo Nostrae dignitatis. Et authoritate Domini nostri JESV Christi, nec non Principum Apostolorum Petri et Pauli, ac D. N. D. Eugenij Romanae Sedis Episcopi, et omnium Orthodoxorum Patrum et nostri banni sententia eis consummationem illibatam indicimus, ne quisquam vel magnificentiae homo, vel potentiae, praesumat supradicta Donaria aliqua ratione alienare ab Ecclesia cui donata a nobis tanta authoritate constant. Si quis autem in tantam mentis suae coecitatem ceciderit, vt post hanc nostram confirmationem adeò terribilem praedictam oblationem quocunque modo inquietaré praesumpserit, sciat se cum Juda proditore Domini Nostri JESV Christi sententiam aeternae damnationis subiturum, nisi forte poenitentia ductus, cuncta ablata legaliter Ecclesiae restituat quam laesit, cum omni compositione Canonica. Obseruatoribus verò, ac amatoribus huius nostri instituti, sit Domini pax, et pium gaudium, cum

/.

/.

omnibus Sanctis, nunc et per infinita saecula. Facta est autem haec oblatio, sive donatio nostrae humilitatis, Anno M.C.L.III. Primae Sedis Pontificale regimen tenente Domino, digno, ac vere Beato Eugenio. Nec non Boleslao, Miescone, Henrico germanis Fratribus Principatum in Polonia tenentibus, multis astantibus Nobilibus, quorum haec sunt nomina: Ego Joannes Archiepiscopus et Clemens Frater meus, Dominus Jaczo Michorá, Meczeslaus, Martinus, Zbylut Micholaus Tribunus, Comes Bogumilus.

str. 153 Damsteiner 158

153

IN NOMINE SANCTISSIMAE ET INDIVIDUAE TRINITATIS. Notum sit omnibus catholicis, tam futuri quàm praesentis temporis. Honestum ac beatum constat esse votum, imo sanctum et laudabile patet esse commercium, dare sua transitoria, et recipere pro his aeterna, terrena sibi displicere, et coelestia possidere. Huius itaque tam sanctae negotiationis amore Ego Zbi-lud Poloniae Ciuis, superna inspirante gratia, medu-litus ignescens, Decorem Domus Dei locum habitatio-nis suae diligens gloriae, simulque in libro vitae cum iustis conscribi cupiens, patrimonij mei liberi portionem villas scilicet has: Regielsko cum laca integro et Strassewo, Pogengrodza, et in Lukna fo-rum cum taberna, omnium bonorum largitori Deo ad gloriam et laudem, eiusque Genitrici, et Beato Petro ad honorem, cum intimae Deuotionis humili-tate contradidi, et exinde in una conscriptarum villa-rum Luknae videlicet domicilium Deo fieri, dotari inuestiri, cum deuoti desiderij puritate institui. Pro

/.

./.

huius ergo domicilij spiritualiter disponendo gubernatore,
pro continuanda ibi Diuinae seruitutis administratione,
pro statuenda etiam ibidem Regularis et spiritualis
disciplinae religione, viros quosdam spirituales, Personas
venerabiles, mortuos mundo, viuentes Christo Coenobitas,
re et habitu, et professione plenos Dei et proximi
dilectione, prout potui diligenter aduocaui, suscepi, dilexi,
locaui, quibus in eodem loco Lukna scilicet spiritualiter
regentibus, villas praetitulatas cum reditibus earum uni=
uersis, in vsum liberrimum et tunc et in perpetuum,
quasi pauperibus Christi pauper ipse sine vlla contra=
dictione delegaui. Quapropter huius mei deuoti studij te=
stamentum, ne vlla unquam, superior, siue inferior persona
praua machinatione ducere possit in irritum, sed ut
integrum et inconvulsum maneat in perpetuum, Do=
minum Joannem S. Gnesnensis Ecclesiae Archipraesulem,
D. Stephanum Posnaniensis Ecclesiae Antistitem,
D. Miesconem Ducem, aliasque perplurimas personas
sublimes ac humiles conuocaui, ubi ac vtroque Episco=
po coram adstante multitudine, sub perpetui ana=
thematis obtentu confirmari, votis omnium mihi con=
gaudentium impetraui, vt si quis in praesens siue in po=
steris huius testamenti praeuaricare praesumpserit

./.

/.

privilegium, supremi Judicis sine misericordia sententiam incidat, infernus eum vivum nisi resipuerit, absorbeat. Anno Domini M. C. LIII. Boleslao, Miescone, Henrico fratribus germanis in Polonia Principantibus. Acta sunt haec à Joanne sanctae Ecclesiae Gnesnensi Venerabili Archipraesule, cuius etiam sigilli impressione signatae sunt hae literae sub Privilegiali cautione. Igitur si quis haec violaverit, anathema sit.

In Nomine Domini Amen. Humanae mortalitatis quamuis salubris operatio, processu temporis vergit in dubium, si non fuerit fide digna subscriptione testium roborata. Igitur nos Henricus miseratione Diuina S. Gnesnensis Ecclesiae Archiepiscopus, vniuersis Christi fidelibus praesentibus, et futuris, volumus esse notum, et his scriptis perpetuae ipsorum memoriae commendamus, Quod ob remedium aeternum praedecessorum nostrorum, ac successorum ob salutem animae nostrae, insuper praecipuae instantia Illustris Principis Domini Ducis Mieschonis secundo subleuauimus Domum Landensem, Fratrum Ordinis Cisterciensis ipsorum miserabilis pauperies miserantes, respectu amoris, et gloriosae Virginis Mariae cultu, cum ordo ille Poloniam quasi sidus matutinum nouo suo ortu illustraret, decimas haereditatum, siue villarum subscriptarum, dictis Fratribus confe

./.

./.
rentes manibus Venerabilis Patris Domini Bertholdi Abbatis assignauimus, pleno iure integras, et illibatas prout nunc sunt, et in futurum esse poterunt, in noualibus, in amplitudine, in latitudine, in transpositione villarum, aut si sors sorti coniuncta unam haereditatem fecerit, in vocabulo, absque omnium exceptione sortium, quocunque nomine censeantur, in nullo Fratribus praefatis praeiudicando; quicquid Ecclesia Nostra in his decimis possedit iusto titulo cum consilio Nostri Capituli, et adiutorio Nostrorum Baronum terrae, non modica intercessione resignauimus eisdem; quia fidelium Patrum interest, suorum Spiritualium Filiorum necessitatibus compati et indigentijs prouidere. Hae autem sunt haereditates, quarum Decimae a Nobis Nostroque Capitulo, saepedictis Fratribus sunt donatae. Locus Claustri cum adiacentijs suis. Jarossyno Marcinkowo, Wirbena, Gossol, Dolan, Cremino Slegocino, Radolina, et sortes adiacentes qualiter enim nuncupentur; ita ut de his Decimis sibi assignatis
./.

1.

161

Abbas Capellano Ecclesiae S. Nicolai in Cosvol, quan-
tum sibi placuerit ad sustentationem commodam
teneatur tribuere, reliquas in vsum suorum Fratrum
vt validius Diuino seruitio vacare valeant, converten-
do. Et ne quisquam Nostrae donationis, salubrem
Deuotionem infringere attentet, perpetuae paci dic-
torum Fratrum prouidentes, vera testium assertione
ipsorum communimus, inserentes eorum nomina
huic Chartae. Simon Praepositus Ecclesiae Gnesnen-
sis. Hugo Decanus ibidem. Nicolaus Custos ibidem,
Vincentius Cancellarius, Venceslaus Scholasticus
et quam plures alij fide digni. Vt autem rata
et inconvulsa perseuerent, praesentem cedulam
tam Nostro quam Capituli Nostri sigillo duxi-
mus roborandam. Datum in Gnesna VI
Kalendis Maij Anno Domini M.CCXIII. in-
dictione prima.

132 Sandomierz 162 122r.

In nomine Sanctae et individuae Trinitatis. Ego Vincentius Divina providentia Archiepiscopus Gnesnensis. Notum facio praesentibus et futuris, me roborandos et innouando confirmasse Ecclesiae Sanctae Mariae, Sanctique Adalberti, in Andreow decimas villarum suprascriptarum Złotniki, Skotniki, Zdanowice, Rakowice, Brezno, Breghe. Quarum villarum decimas bonae memoriae Joannes quondam Archiepiscopus Ecclesiae, cui Deo annuente nunc praesideo, contulerat in consecratione eiusdem loci Ecclesiae, perpetua donatione possidendas. Hoc autem feci de beneplacito, et assensu Capituli nostri Gnesnensis. Sunt autem isti testes. Ego Vincentius Gnesnensis Archiepiscopus. Hugo Decanus eiusdem Ecclesiae, Lupoldus Praepositus, Christianus Archidiaconus, Nicolaus Custos, Balduinus Decanus de Lancicia, Salomon Archidiaconus eiusdem Ecclesiae, Bozo Praepositus

/.

1.

de Kaliss, Sangiwoy, Goslaus, Andreas, Mutina, Boguphalus, Canonici praedictae Gnesnensis Ecclesiae, et alij quàm plures. Quicunque igitur aliquid de istis omnibus abstulerit vel dempserit, praeter voluntatem Abbatis, et Fratrum, anathema sit. Facta est autem ista innouatio siue confirmatio, anno verbi Incarnati, Millesimo Ducentesimo vigesimo primo, octauo Kalend: Maij, Archiepiscopatus verò nostri anno primo.

1232 r. Danielewicz

In nomine Domini Amen. Ego Vladislaus Dei Gratia Dux Poloniae, inclyti olym Ducis Odonis filius, notum esse volo vniuersis Christi fidelibus, praesentibus et futuris, quod piae memoriae B. Bogumilus quondam Archiepiscopus Gnesnen Ecclesia sua, et Ecclesiae Gnesnensi in Dobro-wo cum possessionibus, et haereditatibus ad eam pertinentibus, videlicet ipsa villa Dobrowo, Lessno, Rzuchowo, Zadowo, et Kwaczowo, cum Sanctuarijs, et piscatoribus, et cum Decimis ipsarum possessionum, aliarumque scilicet: Chetm, Krobewo, Dambe, Ostrowo, Komorowo. Karszewo, Zakrzewo, Kissecre, Slauentino, Grabowo. Item Janiszewo, Kolnica, Chotenmo, et Węglowa contulit, et dedit ob honorem Dei, Beatissimaeque Mariae semper Virginis, Ordini Ci-sterciensi cum usu fructu, plene libere in perpetuum possidendam, et ad manus Fratris Boguphali monachi con-signauit pro voluntate generalis Capituli eiusdem Or-dinis disponendam: et quod idem Capitulum post mortem fratris Boguphali monachi de Lęcna praefati, eandem Ecclesiam cum pertinentijs suis omnibus prae-

/.

./.

dictis, Religioso Domino Patri, Christiano Episcopo Prussiae, Monacho Cisterciensis Ordinis, ad tempus vitae suae contulit tenendam, et possidendam pro subventione terrae suae. Idem autem Pater Dominus Christianus Episcopus, postmodum coram me in Posnania consistens, et in praesentia Venerabilis Patris Domini Fulconis Archiepiscopi Gnesnensis, cum instrumento mandati memorati Capituli generalis, praefatam Ecclesiam de Dobrowo cum omnibus attinentijs suis praelibatis, Abbati Wilhelmo de Suleiow et eius Conventui, post suam vitam consignauit, et tradidit, pleno iure tenendam ac pro voluntate generalis Capituli possidendam. Istius facti testimonium et robur aeternum praesentem paginam conscribi iussi meoque sigillo, et sigillis Dominorum praedictorum, Fulconis Archiepiscopi Gnesnensis et Christiani Episcopi Prussiae, communiri. Acta sunt haec Anno Domini MCCXXXII. In dictione quinta in Festo Beatorum Apostolorum Petri et Pauli; Praesentibus probis viris, et Dominis Baldewino Gnesnensi et Alberto Lanciciensi, Decanis, Magistro Andrea de Cracouia, et Stephano Cancellario meo. Item Jarosio Posnaniensi Petrone Sandocensi, et Vincentio de Zbaussin Castellanis. Nemera Pincerna meo. Vislao Vesillifero. Laurentio Venatore, et alijs multis. Ego etiam intuitu

./.

remunerationis Divinae, omnes libertates à praedecessoribus meis, solennis memoriae Ducibus Poloniae, Miescone Avo meo, Vladislao Patruo meo, ac Odone Patre meo, saepe dictae Ecclesiae de Dobrow possessionibus eius, et incolis earum cuiuscunque conditionis collatas, renovo, et confirmo. Videlicet quod ius plenum piscationis, et castorum habeat in fluminibus Warta et Nyr, intra terminos possessionis suae. Nec aliquod vectigal ducunt, nec aliquam solutionem mihi vel meis soluunt Castellanis et officialibus, nec coram ipsis citantur, sed ad meam praesentiam tantum per literam meo anulo signatam. Nec caput mihi aut meis soluunt, nec septuaginta: neque castra, neque pontes aedificant vel emendant, nec ad expeditiones vadunt, sed per omnia, Ecclesiae de Dobrowo, et Fratribus possessoribus eius legitimis, quietè deserviunt in aeternum. Hos autem Fratres in protectionem meam suscipio, ac meis successoribus in spe retributionis Divinae semper protegendos committo. Et quicunque eos molestare praesumpserit à Deo et a Sancta eius Genitrice Virgine Maria, et ab omnibus Sanctis sit Anathema Maranatha. Amen.

In nomine Domini, Amen. Cum ante tribunal Christi sta-
re debemus in die nouissimo, siue bonum, siue malum,
prout in corpore gessimus, recepturi, oportet ut ad aeter-
nae vitae patriam per opera misericordiae nobis semi-
tam praeparemus: Igitur Nos Fulco Dei gratia S. Gne-
snensis Ecclesiae Archiepiscopus, notum esse volumus vni-
uersis praesentem paginam inspecturis. Quod cum Illu-
stris Princeps Dominus Vladislaus filius Odonis Dux
Poloniae apud Cenobium Landensem pridie Remigij
cum suis Baronibus, negotia terrae ingruentis dis-
poneret; Accidit ut diuinitus instinctus varias
angarias Abbatis Fratrumque inibi Deo seruientium
pietatis oculo consideraret et locum Castri quod
dicebatur Landa, cum suis adiacentijs eis tribuens, ca-
pellas S. Andreae, Sanctique Petri, prout sui patrona-
tus fuerant, deuotione intentissima ipsorum adscribe-
ret potestati. Cumque contingeret nos vocatione Prin-
cipis eiusdem, huiusmodi colloquio vnà cum nobili

./.

./.
fratre nostro, et Coëpiscopo Domino Posnaniensi interesse,
precibus praedicti Principis, ac deuotissima deprecatione
Baronum instanter pulsati, Abbatis, fratrumque suorum
paupertate miserabili medullitus compuncti, Decimas dic=
tarum Capellarum Deo, Beataeque Mariae semper Vir=
gini, pro remedio animae nostrae, vsibus Fratrum con=
tulimus prout nunc sunt, ac inposterum esse poterunt,
perpetuò possidendas, etc. in his haereditatibus: videlicet,
Zagorowo, Skokowo, Kopaino, Trambczyno, Szetlewo,
Lukome, Wapczyno: quae decimae quocunque iure excolan=
tur, totum quod iuris nostri esse poterit, libenti animo
condonamus Fratrum vsibus. Igitur vt haec omnia ra=
ta, et in perpetuum inconuulsa permaneant, praesens
scriptum Nostri et Capituli nostri sigillorum appensione,
dilectissimique Fratris nostri Domini Pauli, supra prae=
nominati Episcopi qui his interfuit, communimus.
Fidelium nihilominus virorum attestatione roborantes,
quorum haec sunt nomina: Lupoldus maior Praepo=
situs, Hugo Decanus, Nicolaus Custos, Vencestaus Scho=
lasticus, et plures alij fide digni. Datum et actum
Anno Domini M. CC. XLII. Kalend: Octobri indictione
Duodecima.

1272 r.

In nomine Sanctae et Individuae Trinitatis, Amen. Cunc-
tis liquet mortalibus, quae volubilitate temporum agi-
tantur, quod longi tractus temporis, parit antiquita-
tem, antiquitas obliuionem rerum actarum. Quamobrem
necesse est, vt res digna memoriae scripto debeat com-
mendari, quo canescens antiquitas crebrius valeat re-
nouari. Ego igitur Praemyslus Dei gratia Dux Polo-
niae, cum fratre meo iuniore Boleslao, et cum
dilecta Matre nostra, Domina Helinga, notum
facimus, tam praesentibus quâm futuris, praesens
scriptum intuentibus, quod ad honorem Dei, in
memoriam et remedium animarum nostrarum, consen-
tientibus Venerabili Patre nostro Domino Fulcone
Archiepiscopo Gnesnensi et suo Capitulo, consilioque
Baronum nostrorum, dedimus Hospitale nostrum Gne-
snense sancto sepulchro Domini, sub regimine et
gubernatione Domini Henrici Praepositi Domus
Miechowiensis, suorumque successorum iure perpe-
tuo possiden . Qui iam dictus Praepositus, per
./.

./.

virum honestum et prouidum, Rectorem industrium tene=
bitur prouidere, ne Elemosynae pro dicto hospitali colla=
tae negligantur, et inutiliter dissipentur. Si vero talis
(quod absit quidem) Magister esset, qui nec Deo, nec
domui suae vtilis comprobaretur, ad nostram petitionem
et Domini Archiepiscopi authoritate, et Capituli sui
amoueatur, si tamen Canonicè conuictus fuit, et compro=
batus, et alius Magister idoneus, à Praeposito Domus
supramemoratae substituatur, qui fauorem Dei, et homi=
num, quantum Deus dederit, sciat conseruare. In hospi=
tali autem praedicto sicut iam diximus, ob remedium
animarum praedecessorum, successorumque nostrorum,
cùm in statum bonum fuerit instauratum, infirmi
cuncti eleemosyna indigentes, non raptores, non vio=
lenti, debent pro facultate domus recreari. Aliqui
etiam scholares pauperes, ibi tenebuntur confoueri
in expensis, non in vestimentis, nisi pro voluntate
Magistri Hospitalis. Et quia peccatis nostris exigen=
tibus, modernis in temporibus, frigescente charitatis
igniculo, plures inueniuntur inuasores Domorum spiri=
tualium, quàm auditores, siue defensores, Nos in his quae
ad laicam manum pertinent, Dominum autem Archi=
episcopum in spiritualibus, cum suo Capitulo, tanqu=
./.

veros haeredes volumus esse Defensores. Actum et Datum
anno Gratiae, Millesimo Ducentesimo Quadragesimo secun=
do, in Ecclesia praedicti Hospitalis in Gnesna in die
Beati Floriani. His testibus praesentibus Domino Jo=
anne Decano, Christiano Custode, Andrea, Thoma,
Stephano Cancellario Ducis, Vincentio, et Petro fra=
tre ejus, Isaia, personis et Canonicis Gnesnensibus
et pluribus alijs Canonicis, et Vicarijs, et his Ba=
ronibus: Bogumilo Dziess, Raio, Palatinis: Petrindo
Castellano Gnesnensi, Thoma Castellano Posnaniensi,
Domarato Judice, et alijs pluribus militibus Fratri=
bus Praedicatoribus, Gregorio, et Petro Haningo: qui=
bus mediantibus haec facta dignoscuntur. Hae autem
villae sunt Hospitalis istius: Zdziechowa, cum suis
adscriptitijs, Klecowo, Chmielno, Pawłowo, et Prze=
sieka, Kundlowo, Wuiast, Taberna in Klock
Jezierzany, cum pleno lacu, et molendino, et
castoribus libere capiendis, Grasim et cum lacu
nomine Kublowo, et suis omnibus utilitatibus,
Losne, Kunikowie, et Pomerium circa hospitale.
Hae sunt villae quae exceptae sunt circa vnam
viciniam, quae liberae sunt: Kuchrzyno, Przesieka
./.

/.

~~[illegible]~~ Jezierzany, Zdziechowa, Wuiast, ita quod venatores cuius libet officij, non recipiant, neque canes nostros pascant, neque podwody dent, et ab omni expeditione, et castrorum munitione, et ab alijs omnibus expeditionibus, et solutionibus, eos taliter reddimus absolutos.

161 168

Danielewicz

1281

Fratri Henrico de Brem electo Gnesnensi. Onerosa pastoralis officij Summi Dispositione Pastoris nobis licet immeritis cura commissa, solicita nos pulsat instantia, vt inter caetera, quae vndique negotia con=fluunt, quibusue noster animus redditur multiplici varietate distractus, ad prouisionem Ecclesiarum vacantium solicitius intendamus, ne ipsis pastoris prae=sidijs, destitutis, ambulantis in circuitu lupi rapacis astutia, earum oues rapiat, et disperdat, ne manus auida illarum bona diripiat, et iura praesumptione vsurpet; ideoque soliciti reddimur, vt eaedem Eccle=siae pastoribus dirigantur idoneis, et Rectoribus prouidis gubernentur, tunc enim puppis salubri progressu dirigitur, cùm Rectoris industrij guber=natione non caret, tunc etiam fructibus ager exuberat, cum sibi cultores non deest praesentia diligentis. Sane dudum Gnesnensi Ecclesia pa=store vacante per obitum bonae memoriae Mar=tini Gnesnensis Archiepiscopi, Capitulum ejusdem

/.

./.
Ecclesiae conuenientes in unum, Vlostiborium Canonicum eiusdem Ecclesiae in Archiepiscopum Gnesnensem concorditer Delegerunt; postmodum autem praedictis Capitulo supplicantibus; felicis recordationis Nicolao Papae praedecessori nostro, vt cum idem Canonicus, propter inopiam Ecclesiae praefatae, ac expensarum defectum, nec non et viarum discrimina, non posset commodè ad Apostolicam Sedem accedere pro suae electionis negotio prosequendo, prouidere super hoc paterna solicitudine dignaretur. Idem praedecessor Venerabili Fratri nostro Episcopo Firmano, in illis partibus Apostolicae Sedis Legato, inquisitionem faciendam de modo electionis praetactae, ac ipsius Canonici meritis, per suas literas subiecta forma commisit. Cumque praedictus Legatus praefatum Canonicum ad suam praesentiam euocasset, idem Canonicus iuri quod sibi ex electione huiusmodi competebat, vel competere poterat liberè ac sponte in manibus Legati eiusdem renunciauit. Nos itaque paterno desiderantes affectu, quod de Sponso legitimo, et idoneo prouideretur Ecclesiae memoratae, et attendentes, quod si eius prouisio differretur, multis subiaceret peri=
./.

culis, et grauia in spiritualibus, et temporalibus de=
trimenta subiret, ad personam tuam, de qua super
literarum scientia, honestate morum, alijsque vir=
tutum meritis laudabile testimonium, à fide dignis
accepimus, nostrae mentis oculos duximus dirigen=
dos, ac te Fratrem Minorum Ordinis Professore,
de Fratrum nostrorum consilio, et Apostolicae
plenitudine potestatis, praedictae Ecclesiae in
Archiepiscopum praefecimus, ac pastorem; spe=
rantes, quòd cùm esse dicaris consilio prouidus,
generis nobilitate praeclarus, ac in spiritualibus,
et temporalibus circumspectus, Ecclesia ipsa, quae
hactenus debitae defensionis auxilio destituta,
direptioni patens, et praedae, grauis desolationis
iacturam dicitur incurrisse, tuae circumspectio=
nis industria, et virtute ad statum debitum re=
stauretur, et optata in spiritualibus, et tempo=
ralibus suscipiat incrementa; ideoque discretioni
tuae per Apostolica scripta mandamus, quate=
nus impositum à Domino tibi onus deuotè su=
scipiens, sic super gregem Dominicum tibi com=
missum, noctis vigilias diligenter obserues,
vt liber invadendi aditus non pateat inuasori.
./.

1.

Beatus siquidem eris, si Dominus insuspicabili hora venturus te inuenerit sic agentem, quia cursu consummato qui tuo labori praeponitur, et horum fide seruata, quae tuae solicitudini committuntur, te immarcescibili corona iustitiae decorabit.

Datum apud Vrbem veterem 10 Kalend: Januarij Anno I.

172. [Damalewicz]

1287 r. 170

In nomine Domini Amen. Nos Jacobus Diuina miseratione Archiepiscopus Gnesnensis Ecclesiae. Notum esse volumus, vniuersis, praesentium notitiam habituris. Quod cum sollicitudo pastoralis officij nos admoneat, ut pauperum oneribus condolentes, non solum in spiritualibus verum etiam pro nostrae possibilitatis modulo, in rebus temporalibus Ecclesiarum nobis creditarum, et etiam Ecclesiasticarum personarum commodis debeamus et vtilitatibus prouidere. Nos iniunctum nobis debitum mera volentes intentione persoluere etc. Religiosorum virorum de Landa Fratrum Cisterciensium Ordinis, paterna (vt pium est) solicitudine miserantes, de nostri Capituli consensu, decimas nostras in tribus villis, quarum nomina haec sunt, Dretina, Osiecza, Glouiewo, eis et eorum dominio perpetuo tribuimus etc. etc. In recompensationem autem decimarum ipsarum

./.

1.

quas eis tribuimus, alias decimas in Choczna, in Gizino, in Biała, et in Grabinice, dictorum Fratrum dominij pertinentes, ita ab ipsis Fratribus integrè recepimus, sicut etiam nostras eis decimas integre et liberaliter assignauimus. Vnde in signum permutationis decimarum ipsarum praesentem literam, nostro et Capituli nostri sigillis mandauimus communiri. Actum in Gnesna anno Domini M. CC. LXXXVII. Kalend. Maij. Praesentibus his Dominis: Vlostibirio Praeposito, Goslao Decano, Philippo Archidiacono, Philippo Scholastico, Gabriele Cantore, Alexandro Custode, Gnesnensi, Joanne Praeposito, Petro Decano, Nicolao Cantore, Joseph Custode, Lanciciensi, et alijs quàm pluribus fide dignis.

120. 171

Damalewicz

1313

In nomine Domini Amen. Quoniam obliuionis inertia nonnunquam fluxu temporis facta rite, et de maturo consilio celebrata, subtrahit à memoria posterorum: Nos Jacobus diuina miseratione Archiepiscopus Sancti Gnesnensis Ecclesiae, notum facimus vniuersis tam praesentibus quàm futuris. Quòd attendentes, ad nos ex debito Pastoralis Officij pertinere, vt pijs locis, et Religiosis personis, quae se abdicantes seculo, Domino deuouerunt, taliter prouidere ac ipsorum statui consulere debeamus, quòd pacis suffulti praesidio, diuino cultui eò commodius valeant inhaerere; considerantes quoque decimas domus Landensis Cisterciensis Ordinis in Twardowo, Teutonicali, et Polonicali, in Wardezino, et Skarbencice à domo seu Monasterio Landensi plurimum elongatas et receptis ab eis praescriptarum villarum decimis, et ipsis Mensae Nostrae Archiepiscopalis vsibus applicatis, praedictis Domino Gerhardo Abbati

./.

1/

Monasterij Landensis decimas nostras, siue ad Mensam nostram spectantes, in villis ipsi Monasterio adiacenti=bus, de Fratrum Nostrorum consilio et consensu du=ximus assignandas: videlicet in Solicko, Rokiëtnica, Dziedzice, Golkowo et Chotomia Comitis Geruardi, cum villula eiusdem Kluczniki dicta cum pleno iure. etc. Ipsi vero Abbas, et Conuentus Monaste=rium antedicti, in supplementum suarum praedic=tarum decimarum, Nobis et Ecclesiae nostrae Gne=snensis, duas villas videlicet, Gostawice, et Zabardo=wo, prout earum metis, seu limitibus ab alijs sunt distinctae, cum pleno iure, etc. etc. dede=runt, et tradiderunt, vna cum praescriptarum villarum decimis possidendas, praeter vnam sor=tem, in Gosstawice, quam Krinosandus Andreae de Kissow sibi nititur vendicare. Vt autem haec nostra ordinatio seu commutatio stabi=lius perseueret, praesentes literas, ipsi Abbati et monasterio Landensi dari fecimus, sigillorum Nostri et Capituli nostri Gnesnensis appensio=ne munitas. Actum et datum in Gnesna sub anno Domini M.CC.CXIII. in die Sancti Marci Euangelistae. Praesentibus honorandis et discre=

./.

tis viris, Dominis Vlostiborio Praeposito, Goslao Diacono, Gabriele Cantore, Philippo Archidiacono, Philippo Scholastico, Alexandro Custode Gnesnensis, et alijs fide dignis.

2143 Daralewo 173

1441 r.

In nomine Domini Amen. Nos Vincentius Dei Gratia Sanctae Gnesnensis Ecclesiae Archiepiscopus et Primas Universis et singulis praesentium notitiam habituris in Domino salutem.

Quanquam ex iniuncto nobis officio pastorali pro decore Domus Dei cuius zelus nos comedit, omnes viros Ecclesiasticos affectuosius diligamus, eis tamen specialius inclinamur, qui contemptis honoribus, spretis divitijs, abiectisque huius mundi delicijs, proprium arbitrium alterius imperio, quem loco Dei super caput suum posuêre voluntarie subiugarunt, qui etiam zelo salutis animarum accensi nostris humeris onera superimposita fideliter supportantes in vinea Domini sabbaoth curae plebis fidelius insistentes non cessant operiosius laborare. Sanè pro parte Venerabilis, Honorabilium ac Religiosorum nobis in Christo dilectorum Domini Jodoci Abbatis Stanislai Prioris et Conventus Canonicorum Regularium Monasterij

/.

/

Beatae Mariae Virginis extra muros Vratislauienses in arena,
nec non Praepositorum et Conuentuum Mstouiensis, et Calis-
siensis, Ordinis supra dicti nostrae Gnesnensis Dioecesis no-
bis extitit humiliter suplicatum. Quatenus statuta, Ru-
bricas, et alias ordinationes iam dictarum Praepositurarum
per Reuerendissimum in Christo Fratrem Dominum
Conradum Episcopum Dei Gratia Vratislauiensem ac
certos Doctores et patres Ordinis memorati à sacrosancta
Generali Synodo Basiliensi in spiritu sancto legitimè Con-
gregata, vniuersalem Ecclesiam representante, pro visitatione
et reformatione iam dicti monasterij, ac Praepositurarum
eidem subiectarum specialiter deputatos praedicto mona-
sterio Sanctae Mariae Virginis, nec non praepositurìs
et Ecclesiis eidem subiectis, authoritate dictae Synodi
edita compilata, conscripta, ac salubrius confirma-
ta, praefatoque monasterio omnibusque Praepositis et
fratribus eorundem dudum praesentata. Nos eadem
quantum ad praenominatas Praeposituras et Con-
uentus Mstouiensis et Calissiensis, authoritate prae-
fata in Ecclesias Collegiatas et praeposituras Con-
uetuales dicti Ordinis Canonicorum Regularium
erectas approbare ratificare et confirmare authorita-
te nostra, et easdem praeposituras et conuentus cum
/.

/.

omnibus bonis temporalibus earundem in nostram ac successorum
nostrorum protectionem, tuitionem et defensionem, paternam
suscipere dignaremur. Nos verò iustis petitionibus ipsorum
benignius inclinati ob Divini cultus ac supradicti Ordi-
nis in nostris paribus augumentum praefatas ordina-
tiones, Rubricas, et statuta ad iam dictas Praepositu-
ras et Conventus Mstoviensis et Calissiensis, extendentes
matura deliberatione praehabita; Authoritate nostra
duximus approbanda, ratificanda, et confirmanda,
ac tenore praesentium ratificamus, approbamus, et
confirmamus. Et nihilominus praedictos Praepositos
qui sunt vel pro tempore fuerint, Praeposituras et Con-
ventus Mstoviensem et Calissiensem, cum bonis etiam
temporalibus, eorundem in nostram ac nostrorum suc-
cessorum protectionem, tuitionem et defensionem gra-
tiose suscipimus, et benignè volentes quòd huiusmodi
approbatio ratificatio robur obtineat perpetuae fir-
mitatis in quantum iuri et honori nostro Dioecesia-
no, et Sanctae Ecclesiae nostrae Gnesnensis non ob-
sistat quin imo honor nobis et Ecclesiae nostrae
Gnesnensis ac successoribus nostris debitus inviolabili-
ter observetur: vt etiam praefatus Ordo Beati

/.

./.
Augustini in dictis conuentibus Ecclesijs et praepositulis spe-
cialiter refulgeat et singulariter honoretur, concessimus
et tenore praesentium concedimus: vt Praepositi Mstouien-
sis, et Calissiensis Ecclesiarum praedictarum qui pro tempo-
re fuerint, Almutijs de vario cum Bireto more Prae-
latorum aliarum Ecclesiarum Collegiatarum nostrae
Gnesnensis Dioecesis vti possint pro nunc et perpetuo
in futurum. Insuper facultatem supradictis Praepositis
videlicet Mstouiensibus et Calissiensibus. et potestatem
pie conferimus suscipiendi colligendi fratres non solum
ad habitum religionis verumetiam ad professionem.
Datum et actum in Lancicia Dominico proximo
post Festum S. Stanislai in vere Anno Domini
Millesimo Quadringentesimo Quadragesimo Primo. Et
in huius rei euidentiam sigillum nostrae Maiestatis
praesentibus Venerabilibus et honorabilibus viris
Dominis Nicolao Scot Cathedralis Vratislauiensis
Andrea Szkoda Collegiatae Bregensium Ecclesiarum
Decanis. Nicolao de Kaliss Decretorum Doctore,
Joanne Luthco, Cantore, et Jacobo Vice Custode,
et Officiali Lanciciensi testibus ad praemissa.

str. 111   175

1443 r.

Reuerendissimus in Christo Pater et Dominus Vincentius Archiepiscopus, cum praefatis Dominis de Capitulo Gnesnensi superius, habitis tractatibus mutuis inter se super offertorio Dobrowo, talem ordinationem fecerunt. Vt Plebanus recipiat offertorium in toto de Altarijs, et alias Oblationes. Quantum autem de offertorio quod offertur ad Tumbam S. Bogumili, ibidem in Dobrowo, praefatus Dominus Praepositus cum supradictis Dominis vult, et ita ordinat, quod medietas dicti offertorij quod offertur ad tumbam, fiat ad murum ad quam medietatem recipiendam et conseruandam constituit Honorabilem Albertum Plebanum in Turek, medietatem autem residuam, Plebanus Dominus Ostha, et successores sui recipiat, pro suis vsibus, et pro sustentatione ministrorum Ecclesiae conuertat dicti offertorij de eadem Tumbam S. Bogumili. Cera vero quae offertur ibidem in Ecclesia Dobrowo pro Diuini cul-

./.

/.
tus administratione per Plebanum et Vicarios, de eadem cera
praefatus Dominus Albertus Plebanus in Turek tene-
atur remanere ceram pro luminibus ad Divina cele-
branda quantum sufficeret decenter. Residuam vero ceram
si extat, seu extabit, ipse Dominus Albertus tenebitur
vendere. et pecuniam cum alijs pecunijs quas accipiet, vi-
delicet medietatem de Tumba fideliter conservabit, et
congregabit, et congregatâ Domino prosperante, incipiet
murare Ecclesiam in Dobrowo, de consilio Dominorum
praedictorum. Signa autem quae fiunt ad meritum eius-
dem Sancti idem Dominus Plebanus in Turek fide-
liter, et diligenter conscribat, et ad sua Protocolla
reponat. Actum in Generali Capitulo, post Festum
S. Adalberti penultima Mensis April: die Mercurij,
Anno Domini 1443. Praesentibus Dominis P. de Gra-
di Praeposito. Joanne Decano, Joanne Archidiacono,
Joanne Cantore, Andrea Scholastico, Joanne Forman Custo-
de, Joanne Cancellario, Jaroslao, Joanne de Rudzica
N Glebocki, Mathia Drya, Andrea Jaczkowski, Las-
cario, Stanislao Bielawski Joanne de Brzestowo Lut-
kone, Joanne Falonis, Magistro Thoma Strzampinski,
Nicolao de Niewiess Jacobo de Dambno, et Jarandó,
/.

1/.

Praelatis et Canonicis, ad sonum magnae campanae con-
gregatis.

257 Dembn 177

1466 r.

In nomine Domini, Amen. Ad perpetuam rei gestae memoriam. Nos Joannes Dei gratia S. Ecclesiae Gnesnensis Archiepiscopus, et Primas, ac Regni Poloniae Cancellarius, Significamus tenore praesentium quibus expedit universis. Quòd cum deterreat nos quotidie exitus ac nostrae mortis incertitudo, necessario intercessorum censuimus multitudine, nostris negligentijs exigentibus, vindicem Deum placare eorum precibus salutiferis, qui tota mente vanitatem, commerciaque praesentis saeculi reliquerunt adiunari. Habendo autem singularem contemplationem et considerationem ad cultus divini flagrantiam, devotionemque venerabilis Ludovici Abbatis, ipsiusque Conventus Monasterij Landensis Ordinis Cisterciensis, Dioecesis Gnesnensis, vbi innumerabiles Sanctorum digna quiescunt veneratione reliquiae; ac pro eiusdem Monasterij defecta supplendo, hospitalitatisque frequentia ferenda. Praefatis Abbati, et suo Conventui, decimas nostras manipulares singuli grani in villis

./.

/.

Ostrow, Rownaty et Radlowo districtus Sysdrensis ad mensam nostram Archiepiscopalem spectantes, prout nunc sunt, nihil pro nobis in eisdem, aut nostris successoribus reservantes, possidendas damus, donamus, largimur, appropriamus, venerabilis Capituli nostri Gnesnensis sub rati habitatione, per praesentes. Et vt donationis nostrae iugis memoria permaneat, volumus, et perpetuò statuimus, quòd unam Missam pro peccatis, quàm diu viuimus, et aliam in anniuersario obitus nostri, defunctorum pro Pontifice tenere Abbas pro tempore existens cum suo Conuentu, singulis annis sint adstricti, in quo ipsorum conscientias oneramus, tenore praesentium. Harum quibus testimonio literarum, nostrum, et Capituli nostri sigilla sunt appensa. Datum Gnesnae in Capitulo generali pro festo Sancti Adalberti, anno Domini M. CCCC. LXVI. Praesentibus venerabilibus Domino Jacobo de Dambno Decano, Alberto de Gay Custode, Andrea de Oporow I. V. D. Archidiacono, Petro Sniewski Vicario inspiritualibus et Officiali, Nicolao Gtembocki, Joanne Gradzki, Joanne Nepos, Stanislao Bietaski, Petro Wspinek, Nicolao Hansky, Stanislao Brudzewski, Martino Grusczynski decretorum Doctore, et alijs quàm plurimis fide dignis. —

114 Samostrzeliwa 178

1647 r.

Nos Praelati et Canonici Almae Ecclesiae Metropolitanae Gnesnensis Perillustris et Admodum Reuerendissimo Domino Matthaeo Joanni Judicki I. V. D. Archidiacono Pomeraniae in Ecclesia Vladislaviensi Prothonotario Apostolico, salutem cum Dei Benedictione.

A trecentis annis, et ultra maximopere desideratum fuit à praelatis Canonicis, totoque Venerabili Capitulo Almae Metropolitanae Gnesnensis Ecclesiae, Antecessoribus et Fratribus nostris desideratissimis, prout ex Actis Capitularibus constat, ut Sancto Dei Viro Bogumilo, ex Decano in Archiepiscopum Gnesnensem electo, propter ipsius Vitae innocentiam, modestiam, et alias innumeras virtutes, ab uniuersa Ecclesia Catholica decernantur honores, et Nobis saepius in Capitulis generalibus super hac materia deliberantibus, praecipuè cordi fuit, vt causa Beatificationis et Canonizationis eiusdem serui Dei ./.

./.
promoveatur, et ad debitum finem divino aspirante auxilio per=
ducatur. Cumque coram Illustrissimo Principe et Reverendissimo
Domino Archiepiscopo Gnesnensi Loci Ordinario nostro, an=
tequam ad ulteriora in dicta causa procedi possit, debeat
adimpleri forma Decretorum Sacrae et Generalis Congre=
gationis Sancti officij, in materia cultus, et, Venerationis
ac super eorum observatione fieri processus et pronun=
ciari per eundem Ordinarium fuisse paritum dictis
Decretis. Quibus peractis iuxta formam eorundem
Decretorum, et Sacrorum Canonum ac Sacri Concilij
Tridentini, procedi poterit ad ulteriora, in conficien=
dis processibus super virtutibus, sanctitate, et mi=
raculis ad effectum illos transmittendi ad sacram
Rituum congregationem. Ideo confisi de tua Prudentia,
diligentia, et experientia Tenore praesentium, authori=
tate Nostra plenaria, te constituimus Procuratorem
Generalem, et specialem, in dicta causa, ita ut ge=
neralitas specialitati non deroget, nec è contra, ad
comparendum in Judicio et extra nomine totius Ve=
nerabilis Capituli Nostri coram Illustrissimo et
Reverendissimo Domino Archiepiscopo Gnesnensi,
et coram quocunque alio Tribunali, et instandum
ut conficiatur, primo loco dictus processus, super
./.

/.
obseruantia dictorum Decretorum Sanctae Congregationis Sanc=
ti officij, et deinde alijs, super virtute, sanctitate, et
miraculis seruata forma dictorum Decretorum, sacrorumque
Canonum. et sacri Concilij Tridentini et ad eundem effec=
tum producendum iura, et articulos, inducendum testes,
illosque iurare faciendum, et examinandum, et faciendum,
in praemissis, et circa praemissa omnia, quaecunque
fuerint necessaria, vel opportuna, vsque ad complemen=
tum dictorum Processuum, quibus peractis, procuran=
dum de ipsis fieri transsumptum, et clausum et si=
gillatum transmitti ad dictam Sacram Rituum Congre=
gationem, nec non generaliter ad faciendum, gerendum,
exercendum, et exequendum, omnia praemissa, et quaecum=
que alia, et si magis speciale mandatum et spe=
cialissimum requirerent, cum libera administratione,
et facultate praestandi, quodcumque iuramentum
in animam ipsius constituentis, licitum, et hones=
tum, ac etiam cum facultate substituendi vnum,
vel plures Procuratores in solidum, ad faciendum
omnia praemissa, et cum omnibus praedictis fa=
cultatibus. Promittentes quic quid per te Procu=
ratorem, seu per Procuratores a te substituendum,
seu substituendos, factum fuerit, illud totum
/.

./. habere ratum, et gratum. In quorum fidem has prae=
sentes Nostri sigilli soliti impressione munitas manu
Praesidentis Universalis Capituli firmavimus. Gnesnae
in Capitulo Generali Gnesnensis S. Adalberti. Quarta
die Mensis Maij, Anno Domini Millesimo Sexcen=
tesimo Quadragesimo septimo.

Odpisy dokumentów z wyd.:
Schirrmacher F - Urkundenbuch
der Stadt Liegnitz.

No 1.

182

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Anno dominice incarnacionis m^oc^oXXXIX indictione secunda, epacta octava decima, concurrente secundo Boleslao tercio Polonie principe defuncto regnantibus pro eo filiis eius Wladislao in Cracovia, Boleslao in Mazovia, Misicone in Poznania anno vero pontificis Roberti quarto decimo idem presul consilio et ammonicione fratrum suorum, canonicorum videlicet eiusdem ecclesie, capellam iuxta monasterium beate Marie virginis, quod tunc Petrus edificabat, in honore Sancti Michaelis constructam cum omnibus, que ad eam pertineant, eidem monasterio et Radulpho eiusdem monasterii abbati primo concessit et confirmavit semper habendam quatenus ad laudem dei et ad honorem sancte matris ecclesie predicto pontifici et successoribus eius prestat abbas et eius successores diligenter obediant et vicem eorum in omnibus gerant. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego dux Polonie Boleslaus pro salute anime mee ecclesie sancte Marie virginis sanctique Vincencii, episcopi et martiris ista contulerim iure perpetuo possidenda:

/.

/.

capellam videlicet sancti Martini infra ciuitatem Wratislay
sita (!) et capellam sancti Benedicti in Legnice cum villis et
redditibus et forum in festo supradicti martiris per octo dies
institutum et thabernam in fine pontis prescripte ciuitatis
positam forumque in Constinlot et tabernam et Solsnica cum
villis Grabisin et Sokolnice et Chenese et Sobocisce, quam
dedit dux Wlatislaus pro dimidia Trebnicha. Hec autem
sunt nomina villarum, quas comites Polonici eidem contu-
lerunt ecclesie: comes Petrus fundator ecclesie Verbeno, Odram
Crestenicam dedit et Olauam, in montibus Pachozlauus villam
dedit et molendinum in Dobra, Vlostonissa comitissa dedit
aliam, Sandiuoius Sveccino, Jordanus aliam; Christinus iuxta
Legnicham alteram, dim Veyouo, Vitozlauus in Zaseph,
Andreas Laurencit, Rathimir Thatosouo, Bronisius Gorech,
Sulislauus Pulsnicam et Zozainam, Johannes Wratislauien-
sis episcopus omnium villarum istarum et decimas vsi-
bus ecclesie supradicte incommutabiliter ampliauit et
Mathaeus episcopus decimam in Laurencit, quam ante-
cessores sui donauerunt, sub anathemate confirmauit. Acta
sunt hec in consecracione ecclesie et sub anathemate con-
firmata anno et incarnacione domini m^o^cxlviij^o pre-
sentibus episcopis Johanne Wratislauiensi, Mathaeo Cra-
couiensi supramemorata (!) et Steffano Lubucensi, comiti-
bus autem domino Jaxa, Alichora, Clemente Vrotis, The-

/.

./.
odoro et Crisano.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Bolezlaus dux Zlesie uniuersis Christi fidelibus tam futuris quam pre-sentibus prosperitatem uite presentis et future. Quando quidem uelocitate dierum nostrorum transituri sumus, quem-admodum fugere solet umbra uel euanescere fumus consultissi-mum constat anime saluande prouidere, cuius uitam scimus in eternum permanere. Igitur pro dilectione domini nostri Jhesu Christi, liberatoris animarum nostrarum, et pro ueneratione genitricis eius perpetue virginis Marie et pro interuentu sancti Jacobi apostoli omniumque sancto-rum dei monachos adductos de Portensi cenobio, quod est in Theotonia super Salam fluuium, collocaui in locum, qui dicitur Lubens et est in antiqui castri sinu super fluminis Odere fluenta, ut ibi in unitate et conmunione sancte katholice ecclesie sancti Benedicti regulam atque Cisterciensis ordinis instituta teneant in remedium anime mee et pro animabus progenitorum affiniumque meorum. Quapropter omnes attinentias ce-

./.

/.
nobii Lubensis in nostra defensione comprehendimus et successori=
bus nostris per omne tempus defendendas committimus pro
sole diuine retributionis intuitu. Si qua igitur spiritualis perso=
na secularisue potestas uel quisquam de suppanis uel aliis
bonis bona aliqua Lubensi cenobio iusta traditione uel deuo=
ta oblatione ~~uel~~ seu rata cambitione contulerit, inconcussa ei
et illibata permaneant secundum apostolica priuilegia,
que data sunt ordini Cisterciensi, in quibus ei confirmatur
integritas decimarum de terris suis et hominibus, iumentis
et pecudibus. Quicumque vero Theotonici possessiones monaste=
rii coluerint uel super eas habitauerint per abbatem in
eis collocati ab omni iure Polonico sine exceptione sint
in perpetuum liberi. Siqui autem Poloni non pertinentes
ad alicuius dominium fuerint abbatis coloni, non cogantur
alii cuiquam aliquid soluere vel seruicium aliquod exhibere.
Porro tota possessio abbatis et monachorum solummodo erit atque
dicetur, quia nobis assumpsimus eos non pro agricolis uel structo=
ribus sed pro litteratis, diuinorum celebratoribus celestiumque con=
templatoribus, jam uero subicitur possessionis descriptio: Luben,
et attinencie eius et termini circa Oderam uidelicet eccle=
sia beati Hiohannis euangeliste, forum cum omni utilita=
te, transitus fluuii cum circumequitatione et omnibus in ea
sitis, Bogonouwe cum sua circumicicione et omnibus in ea
/.

sitis, Dobrogôzesdorph cum sua circumicione et omnibus in ea sitis, capella et eius attinentia et taberna in Nabitin, Wiltsin, Godechendorph, uilla Martini cum suis circumicicionibus et omnibus, que sunt in eis, Craiouwe cum suo circumequitatu atque sitis in eo, ecclesia beati Petri in Wrezlawe et attinentie. Nam Bezelinus comes tradidit ecclesie duos boues et equum et uillam iuxta Brotze ex toto cum agris. Nicor tradidit Seráuin cum agris et equabus XXV et bubus VI et tribus vaccis cum taberna et ponte iuxta Withaue; tradidit etiam quod habuit in Olbino et pomerium et curiam, pratum, agros et de lacu nonum piscem et redditum carnificii de trecentis denariis. Ecclesia beati Stephani in Bitom, attinentie eius tres uille, quarum una circuitione signata est, altera uocatur Werbénice, tercia Ubrêzte et redditus nona de omni usu ad urbem pertinente. Insuper ego et episcopus Wrezlawensis Cirrizlaus dotauimus ecclesiam Lubensem decimis omnibus de nouis uillis, que nunc sunt in potestate Legenicensi et de illis, que deinceps in ea in omni temporum successu constituentur. Confirmationis huius testes existunt Misico dux maximus et principes cum clero et populo Polonie. Et alia manu Ego Bolezlaus, filius Bolezlai interfui et assensi, ego Zwinezlaus, ego Hierozlaus, ego Cunradus, ego Nadsiowi, ego Janus, ego Ztrezo, ego Petrich, ego Obezlaus, ego Damezlaus, ego

⁒.

./.

Bertolfus, ego Boknenus, ego Hieronimus cancellarius recognovi. Data super castrum Grodiz anno ab incarnatione domini m°c°lxx°v°, indictione VIII, anno autem ordinationis Florentii, abbatis primo, sub quo addita est villa Bogodain.

N. 5.

In nomine domini amen. Nos Bokslaus dux Slesie notum faci-
mus vniuersis, quod dedimus et contulimus fideli nostro dapifero
Radwano iudicium super ciuitatem Legnicz et super centum
mansos circumjacentes ipsam ciuitatem et vnam curiam
pro sua mansione in predicta ciuitate, tercium denarium
iudicij et in omnibus causis primam querelam, de quolibet
tractu curie dimidiam marcam argenti, de impeticione cujus-
libet equi vnum fertonem, de qualibet intronisacione ad
hereditatem dimidium fertonem, duas stubas balnei et vnam
curiam mactatoriam, quatuor mansos pro allodio et decem
et nouem mansos censuales et sexaginta et quinque mar-
cas census hereditarii insuper cameris et cramis institorum
et super scampnis pistorum carnificum et sutorum.
Hec omnia dedimus et contulimus predicto Radwano
et suis successoribus iure et titulo pheodali possidenda
et habenda libere et absque omni onere seruitutis, prout
alii nostri nobiles et pheodales bona sua possident et
conseruant, nec aliquis nostrorum officialium uel subdi-
torum predictas stubas balnei potest augmentare uel
/.

./.

officium mactatorium variare sine predicti Radwani vel suorum successorum consensu plenius et fauore, et si predicta ciuitas Legnicz amplior facta fuerit tunc ipse iudex, qui pro tempore fuerit, decimam curiam libere ad iudicium conseruabit et si aliquos redditus in ciuitate Legnicz uel extra ciuitatem potest suis denariis emendo comparare, uel sui successores, hos tamquam omnia pretacta libere ad iudicium conseruabit. Et quia predictus Radwanus uel sui successores, et nulli alii in ciuitate et per districtum Legnicenzem habeant ius supremum, scilicet super collum et manus iudicare, ideo ipse iudex, qui fuerit pro tempore, si inculpatus fuerit, coram nobis tantum tenetur et debet respondere. In huius memoriam presentem sibi dedimus literam, nostro sigillo confirmatam. Datum in Legnicz, anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, presentibus, domino Hyconi, palatino nostro, domino Budewoy, domino Czaslao, iudice, domino Johanne Torigia, domino Enymero, magistro Nicolao, Vanchino subcamerario Volono cum fratribus et aliis multis fidedignis.

Nr 6

In nomine domini amen. Noverint universi tam posteri quam presentes, quod nos, Boleslaus, d. g. dux Slezie et villam nostram Crotoziz sitam supter civitatem Legnicz in fluvio Kazbach pro quadam summa pecunie Sifrido et Ernesto contulimus jure franconico possidendam — dantes eis in eadem villa jura locationis, officium scultetie, tabernam liberam, decimum mansum liberum. — Hec omnia concedimus viris memoratis. — Actum Legnicz, in die S. S. apostolorum Simonis et Jude MCCLV.

No 7.

186

Nos Bolezlaus dei gracia dux Slesie notum facimus vniuersis et presentibus protestamus, quod perspecto incomodo et grauamine domus Cysterciensium in Lubens pro XIII lapidibus cere, quam (!) prefata domus ab institucione aui nostri et patris nostri felicis memorie in Legnic percipere consueuit, nunc autem ad maiorem cautelam et firmitudinem tenore presencium precepimus et mandamus, vt quicumque monetam in Legnic habuerint, sine omni excusacione domui supradicte de Lubens duobus terminis videlicet in festo beati Nycolai intrante moneta nostra in VII lapidibus cere prouideant, et in festo beati Johannis baptiste in VII lapidibus cere prouideant nullo obstaculo mediante. In huius rei testimonium presens scriptum nostri sigilli munimine fecimus roborari. Datum in Legnic secunda feria post dominicam inuocauit anno gracie M°CC°L° sexto.

In nomine domini amen. Quia actus humani generis temporis fluxui sunt subiecti, a memoria hominum elabuntur nisi scripture testimoniis et testibus roborentur, nos igitur Boleslaus, dux Silesie, dei gracia, notum cupimus, universis fore, hanc literam inspecturis, quod fideli nostro militi Velislao dedimus et damus hereditatem nostram, que Crustenik nuncupatur et de sylua, que Thessin dicitur, adjacens eidem hereditati, duodecim mansos magnos ultra flumen, sibi et suis posteris cum plena libertate et dominio in perpetuum possidendos ita, vt de eadem hereditate atque sylua, nullam exaccionem uel seruicium aut solucionem aut donacionem qualemcunque, quocunque nomine censeatur, soluere aliquatenus, hoc excepto, quod idem dominus Velislaus et sui heredes siue successores cum vno dextrario infra terminos terre nostre nobis tenebuntur deseruire. Quod si extra terminos terre nostre nos ad bellum procedere contigit, adjutorium eidem uel suis successoribus facere tenebuntur: Si uero, quod absit, aliquot damnum in nostro sibi seruicio acciderit, restaurare sibi et suis posteris secundum damni exigenciam faciemus.

/.

/.

Insuper eximimus et excipimus eandem hereditatem Crustenik et sylvam predictam ab omni dominio et potestate ac judicio quorumcunque, ita, quod nullus cujuscunque potestatis alieno judicio uel placito seu cause ibidem presideat, nec nostri judices nisi predictus Velislaus et sui successores; plenariam quoque potestatem eidem domino Velislao et suis posteris damus, vt possit eandem hereditatem et sylvam locare jure quolicunque uel uendere uel commutare uel conferre, prout sibi et suis heredibus videbitur expedire, semper nichilominus predicta sibi et suis heredibus libertate permanente. Concedimus insuper predicto Velislao et suis heredibus in sylua nostra, que Gola dicitur, et in omnibus syluis nostris libertatem plenam in pascuis, in lignis ad omnes vsus, lepores et capreolos capiendi. Et, vt premissa collacio nostra stabilis sit et fixa, hanc literam nostro sigillo jussimus roborari. Actum anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, Presentibus fidelibus nostris Ycone, palatino nostro, Stogygneo, castellano Legnicensi, Czaslao, judice Legnicensi, Nasegneo Radwano de Lasnikonicz, Wysa de Wangotho, militibus approbatis, Laurencio, nostro notario, cujus manibus hec sunt scripta. Datum Legnicz in crastino Nicolai.

In nomine domini amen. Nos Boleslaus dei gracia dux Slezie notum facimus vniuersis tam futuris quam presentibus, hanc literam inspecturis, quod cum locaremus ciuitatem nostram Lig=
niz iure Theutonico pro iure omni et solutionibus vniuersis quas ibidem cum esset Polonica dominus episcopus Wratislauiensis Thomas et eius ecclesie perceperant ab antiquo concordauimus cum eisdem in hunc modum, quod in moneta Lignicensi de=
dimus ipsis in perpetuum decem et octo marcas annis sin=
galis percipiendas, de quibus dominus episcopus et eius succe=
sores septem percipient, ecclesia sancti Petri marcam et dimidiam. Nos igitur in testimonium perpetum (!) et vigorem dedimus ipsis hanc litteram sigilli nostri appen=
sione munitam. Actum et datum Ligniz anno domini m°c°c°lx° quarto in octaua beatorum apostolorum Petri et Pauli presentibus fidelibus nostris comite Stoygnius, castellano Lignicensi, Ikone palatino, Belzone iudice curie nostre, Otthone de Nideke, Gebhardo de Lapide, Alberto de Vlugilisbere, Henrico de Vrowin, Henrico de Sagor, Henrico de Gozek, Hermanno Rime et aliis multis.

In nomine domini amen. Que ad perpetuam hominum memoriam peruenire cupimus inscriptorum redacta serie sigillorum appensionibus solidamus. Ne in hiis, que firmitate dignissima reputamus, post lapsum temporis obliuione pretenta calumpniandi materiam et nocendi facultatem peruersorum noxius inueniat appetitus, inde est quod nos Heinricus dei gracia dux Slesie et dominus de Lignicz omnibus tam presentibus quam futuris testimonio hujus pagine cupimus esse notum, nos ex libera nostri arbitrij voluntate et de consilio nostrorum militum Frederico et Hellenboldo, ciuibus de Jawor iudicium hereditarium de Lignicz ciuitate nostra juste et rationabiliter vendidisse ita, quod hec subscripta nominatim ipsi et eorum successores siue filij seu filie aut nepotes fuerint uel extranei libere possideant perpetue sine omni seruicio, scilicet tercium denarium iudicij et unum allodium de quatuor mansis et curiam mansionis in Lignicz et nonum dimidium mansum soluentem, et curiam mactatoriam ibidem et balneum annis singulis, soluens decem marcas

/.

./.

et ibidem in macellis carnium quinquaginta et quinque lapides
sepi et ibidem unam marcam argenti annis singulis, dictis viris
et eorum posteris, sine omni futura contradiccione persolvendo,
preter hec, quidquid in curiis mactatoriis seu macellis panum
aut carnium aut sutorum uel stubis balneariis seu in cra=
mis et cameris cramorum uel in aliis, que ex possibili debent
ad hereditarium iudicium pertinere in Lignicz edifican=
dum fuerit, uel si ciuitas amplior facta fuerit, ad dic=
torum virorum Frederici et Hellenboldi utilitatem et con=
structionem et eorum heredum possessionem debent ex
conuencione inter ños habita hereditarie pertinere;
si uero ciuitas Lignicz amplificata fuerit, tunc ex loca=
cione decima curia ad eosdem viros rite et debite
pertineat pleno iure. Insuper centum mansi, qui ad iu=
dicium hereditarium quondam pertinuerunt ex locacione,
ad eosdem sepe dictos viros cum iudicio pertinebunt. Si
etiam de hiis, que quondam ad iudicium pertinuerunt,
quid suis denariis comparare potuerint, hec sine omni
servicio libere habeant et hec de nostra bona admitti=
mus voluntate. Ad hoc nullus iudex provincialis in
iudicio impedire debet eosdem viros, sed tria iudicia qui=
libet iudex provincialis noster annis singulis resideat,
alia autem iudicia ad iurisdiccionem dictorum virorum per=

./.

./.

tineant et nullus agens debet primam querelam coram provin-
ciali iudicio optinere. Omnia autem suprascripta, sine omni
servicio, dicti viri cum suis successoribus, iure hereditario et iure
Meydeburgensi, sicut ab antiquo civitas locata fuerat, possi-
deant, omnibus impedimentis retro pulsis. Insuper, si dicti
viri Fredericus et Hellenboldus omnia supradicta, tam
iudicium civitatis quam alia universaliter singula et sin-
gulariter universa filiis vel filiabus suis vel nepotibus vel
extraneis dare, commutare, alienare vel vendere decreverint,
eandem vendicionem seu alienacionem volumus ex facto pac-
to, sine omni convencione precii confirmare. Ut igitur
peracti fori celebracio graciosa robur habeat perpetue
firmitatis, presens privilegium nostri sigilli robore
iussimus confirmari. Acta sunt hec anno domini mille-
simo ducentesimo octuagesimo, presentibus his dominis,
domino Ichone, domino Henrico de Vrovin, domino Petro
de Gusik, domino Hartmanno de Ronow, domino Themone
marschalco, domino Bertoldo de Borow, domino Hermanno
Buch, domino Frizschone de Loben, domino Tammone
de Scheitin, Elgero Schindil et civibus de Legniz, Johan-
ne de Woizechisdorfh, Ludwico de Giten, Ludwico de
Rademinz, Bertoldo Kleinkoufh, Cunrado de Alzena et
aliis quam pluribus fide dignis. Datum infra octavam
./.

./.

sancti Johannis baptiste natiuitatis. per manum Frixe-
chonis nostre (sic!) notarii.

In nomine domini amen. Que ad perpetuam hominum me-
moriam peruenire cupimus inscriptorum redacto serie sigillorum
appensionibus solidamus, ne in hijs, que debita firmitate di-
gnissima reputamus, post lapsum temporis obliuione pretenta
calumpniandi materiam et nocendi facultatem peruersorum
noxius inueniat appetitus, inde est, quod nos Henricus dux
Slesie et dominus de Ligniz, omnibus in perpetuum tam
presentibus quam futuris testimonio hujus littere cupimus
esse notum, vniuersitatem ciuium nostrorum de Ligniz
pro se et pro suis inposterum successoribus vnum campum
pro pascuis suorum pecorum pro quinquaginta marcis argenti
contra nos juste et racionabiliter comparasse, ita vide-
licet, quod latitudo eorum pascuorum inter metas de
Phaphindorfh et Ryschatar sit locata, longitudo vero a
ciuitate Lignicensi vsque vltro locum, qui dicitur Ba-
binmos wlgariter, et alium, qui Grebere dicitur, extendatur.
Viam vero pro eisdem pascuis decentem habeant et omnia
./.

./.

gramina in nostra silua constituta dictorum ciuium utilitati sint exposita, omni prorsus impedimento et obstaculo perpetue procul pulso. In hujus fori et rei geste memoriam perhennalem presens priuilegium nostri sigilli robore fecimus confirmari. Actum anno Dominice incarnacionis millesimo ducentesimo octuagesimo primo, presentibus hijs domino Ychone, domino Gunthero de Bibirstein, domino Heinrico de Prouin, domino Petro de Gusich, domino Hartmanno de Ronowe, domino Themone marschalco, domino Bertoldo de Borow et aliis fide dignis. Datum per manum Frizchonis nostri prothonotarii infra octauam beati Laurencii.

№ 16. 192

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Animarum profectibus nostrarum ac predecessorum nostrorum salubri deuocioni cupientes intendere, solerti studio precogitamus, eternorum intuitu seminare in terris, vt cum fructu multiplici recolligere valeamus, inde est, quod nos Heinricus dei gracia dux Slesie et Dominus de Legnicz omnibus in perpetuum tam presentibus quam futuris, testimonio hujus pagine cupimus esse notum, nos in ablucionem nostrorum delictorum et in remedium anime patris nostri et matris hospitale quoddam in ciuitate nostra Legnicz in honorem omnipotentis dei et gloriose matris eius et pro recepcione infirmorum, construere decreuimus et id ipsum viris religiosis, fratribus cum cruce et stella signatis, contulimus, ut per celibem vitam ipsorum laus, gloria et honor regi regum deo et suffragium hijs, quos manus domini tetigit, impendatur. Addicimus eisdem fratribus, quos de Wratislauia in dictum hospitale vocauimus, de consensu et voluntate venerabilis

./.

./.

patris carissimi, compatris nostri, domini Thome Wratisla=
uiensis episcopi, ecclesiam sancti Nicolai ibidem sitam et al=
lodium, quod quondam fuit Lamperti de villa Siffridi,
quod dicti fratres pro decem marcis auri et septia media
marcarum auri comparuerunt, de quibus marcis nos septem
per Hellenboldum advocatum in Legnicz exsoluimus, et
superfluum iidem fratres suis denariis persolucrunt. In=
super idem hospitale duos mansos, qui iacent in longitu=
dine agrorum de villa Dornpusch, habebit, sibi per
quendam, dictum de Slich, legatos et pomerium, quod
nostrum olim fuit et censum de ortis circa pomerium
iacentibus, quemque nos una cum eodem pomerio dicto ho=
spitali contribuimus, et septem fertanos de censu in molen=
dino, quod iacet in Conradi villa, ante civitatem Haynow,
quos dominus Otto de Slewicz ipsis pro suis excessibus
assignauit, volentes et concedentes, vt sepedictum hospita=
le eadem predia et mansos, cum omnibus suis finibus, in
quibus iam vsus extitit, vel in futuro vtilitas accrescat,
libere sine omni solucione, exaccione et qualicumque angaria
et omnibus vecturis possideat et ab omnibus iuribus ciuium
et iurisdiccionibus iudiciorum nostrorum idem hospitale et
suas incolas absoluimus, ita quod coram nemine nisi coram
nobis vel nostro claiugero debent respondere. Indulsimus eciam
./.

./.

193

et donauimus dicto hospitali ad tempora vite nostre, quod ligna, viridia et stancia pro suis edificijs et arida et iacencia pro comburendo in nostra merica recipiat; et post tempora vite nostre ad comburendum ligna arida colligat in perpetuum, libere et quiete. In huius rei testimonium et perpetuum vigorem presencia cum nostro sigillo maiori iussimus confirmare. Actum anno domini M°CC° octuagesimo octauo. Presentibus hijs Bulchone de Biberstern, domino Mironchone, palatino Legnicensi, domino Petro de Busich, d. Themone marschalko, d. Bertoldo de Borau, d. Ottone de Slewicz, d. Wernhero de Syzen, d. Fritschkone de Tomaswalde, domino Boslao, domino Frederico, plebano de Lehn, d. Theodrico de Wandros et Fritschkone, nostro notario, cuius manibus pridie ydus augusti presencia conscribuntur.

In nomine domini amen. Dum iusticia sit constans et perpetua voluntas jus suum vnicuique tribuens expedit no= bis, qui justiciam colimus et boni et equi noticiam profi= teamur, ut singulis tam solidum ius reddamus, ne eterni iudicij iusticiam nobis contrariam senciamus. Inde est, quod nos Hen= ricus dei gracia dux Slezie et dominus Wratizlauiensis et de Lignicz omnibus in perpetuum tam presentibus quam futuris testimonio hujus pagine cupimus esse notum, quod cum aduerteremus, quod ciuitas Wratizlauia iure speciali frueretur et ciuitas Lignicz jure similiter specialiter re= geretur et in hijs iuribus ciuilibus discreparent attendentes, quod inequalitas iurium inequalitatem efficit hominum huiu= modi diuersitatis non proficuas sed perniciosas estimantes maturo habito consilio et deliberato animo donamus, tra= dimus et concedimus ciuitati nostri Lignicz omnia jura ciui= tatis Wratizlauiensis quocunque nomine censeantur, in iu= dicijs, in mensuris, in metretis, in exaccionibus, collectis, con= tribucionibus et taxacionibus, in omnibus officinis qualiter= cunque nuncupentur ut eisdem iuribus Wratizlauiensibus in-

/.

./.

vniversis causis magnis et minutis eternaliter perfrui et gaudere. Ne autem quispiam nostrorum heredum seu successorum hanc nostram concessionem et iuris innouacionem, quam non nocivam sed proficuam reputamus, infringere valeat aut mutare, presentes litteras in confirmacionem ipsius scribi fecimus et nostri sigilli karactere consignari. Actum in Lignicz anno domini millesimo ducentesimo nonogesimo tercio, quinto decimo kalendas Julij, Presentibus nostris fidelibus, Mironchone de Parchowitz, Bertoldo de Boron, Themone de Poserne, Ottone de Slewicz, et ciuibus Legnicensibus, Hartungo de Bunzlauia, Bertoldo dicto Kleinthoufh, Johanne de Wyzechisdorfh, Hermanno pellifice, Theodrico dicto de Slich, Theodrico dicto de Wyzechisdorfh et Friczchone de Jaroschow, canonico et prothonotario Wratizlauiensi, cuius manibus presencia conscribuntur.

In nomine domini amen. Que ad perpetuam memoriam hominum peruenire cupimus, illa scriptorum amminiculis et uoce testium solidantur, ut inuiolabilia perseuerent; igitur nos Heinricus quintus, dei gracia dux Slezie et dominus Wratizlauiensis, in perpetuum ad uniuersorum tam presencium quam futurorum hanc litteram intuencium peruenire cupimus nocionem, quod attendentes multifaria seruicia nobis fideliter per Arnoldum, dictum Kurzebach, ac suos omnes filios exhibita animaduertentes eciam, quod ipsos indebite et sine omni iure in ablacione pecunie sue dampnificauerimus mole graui et prorsus sine causa omni nos equidem nostre anime salutis non inmemores, ut per aliqua et percipue per ista possemus periclitari, sed pocius uolentes ipsam nostram animam dirigi in viam salutis eterne ac beatarum animarum agminibus in celis sociari et ut eciam iam dictus Arnoldus cum suis filiis omnibus ac heredibus nobis nostrisque successoribus uigilancius in nostris seruiciis perseueret ac nostre anime indulgeant omnia commissa /.

./.

contra ipsos damus et concedimus dicto Arnoldo ac suis filiis omnibus villam nostram Slotnik wlgariter nunccupatam, sitam in territorio Legnicensi cum omnibus utilitatibus, usibus, pertinenciis, metis et decimis ab antiquo circumferencialiter distinctis seu limitatis volentes prefatum Arnoldum cum suis filiis, posteris seu heredibus perpetuo predictam villam iure hereditario ac proprietatis titulo pleno iure et dominio prout nos ipsam possedimus, possidere. Nichilominus tamen ipse Arnoldus cum suis heredibus de ea seruire tenebitur, prout olim Simon de Axlem nobis de ipsa seruiuit. In huius signum hanc litteram scribi fecimus nostro sigillo consignatam. Actum et datum Legniz anno domini m°c°c°x°cvj° x xj° kalendas Marcii presentibus Gunthero de Biberstein, Friczhone de Waldow, Rudgero de Hugewiz, Giselero Colneri, Simone de Axlem, Conrado nostro notario et aliis multis.

No 20. 196

In nomine domini amen. Ne ea que sub tempore disponuntur
vna cum temporalibus in obliuionem tenebris suffocentur,
congruum esse videbitur et consentaneum racioni, vt testium
fidorum litterarumque patrocinio roborentur, ex hinc est,
quod nos Boleslaus dei gracia dux Slesie et dominus in
Legnicz vniversis, tam presentibus, quam futuris, quorum
presencie presentes exhibite fuerint, volumus esse notum,
quod in nostra presencia constitutus reverendus vir do=
minus Johannes, abbas Lubensis, bona sui corporis vali=
tudine, libero arbitrio, sane sui conuentus consilio et
consensu, nemine reluctante, dedit et assignauit
circumspectis viris et fidelibus nostris magistro ciuium
in Legnicz et consulibus ibidem tam presentibus quam
ipsis in posterum succedentibus nomine ciuitatis septem
marcas census super stubam balnei circa curiam e=
piscopalem supra flumine Kaczbach situata et super
vectigacione vasorum, quod wlgariter schrotamecht dicitur
singulis annis libere et inperpetuum possidendum, tollen=
dum, vendendum, alienandum, commutandum et in suos vsus
/.

/.

prout vtilius videbitur, conuertendum. Ea videlicet sub condicione, ut bona seu redditus, quos presumptus abbas et suus conuentus in ciuitate vel foris ciuitatem Legnicz iam dictam, sub forma priuilegiorum ciuitatis eiusdem pro nunc se habere valeant demonstrare, ab omni exaccione, contribucione, monetalibus et alijs quibuscunque donacionibus, vna cum pretacta ciuitate dandis, sint libera et inperpetuum exempta. Nos vero eidem resignacioni prenotati census benignus conniuentes contulimus predictis nostris fidelibus, magistro ciuium et consulibus nostre iam dicte ciuitatis Legnicensis et ipsis succedentibus nostre ciuitatis prefatum septem marcarum censum supradicta condicione in perpetuum possidendum; vt autem prenarrata firma et inuiolata perpetue valeant permanere, presentes confici iussimus, nostri sigilli munimine consignatas. Datum et actum in Legnicz sabbato proximo post diem beati Martini. Anno domini millesimo trecentesimo. Presentibus testibus subnotatis videlicet Borutha, seniore de Stachow, Stephano de Varchewicz, Theodrico de Predil, Jeskone de Berndorff, militibus, Johanne Rymberg, Ranfoldo de Schiltberg et Nicolao nostre curie notario, qui presentes habuit in commisso.

№ 21.

Nos Botko de gracia dux Slezie dominus de Wrstenberc tutorque terre Wratzlauiensis ad noticiam vniuersorum tam presencium quam futurorum tenore presencium cupimus peruenire, quod cum inter mercatores habentes cameras mercimoniales in Lygnicz ex parte vna et textores ibidem ex altera, super incisionibus pannorum et vendicionibus eorumdem essent rancores hinc inde varij suscitati, tandem predicti mercatores et textores, nostro ad hoc accedente assensu et bona voluntate et promocione domini Buschonis de Lybental tunc judicis curie Lygnicensis et consilio consulum ciuitatis eiusdem, vt ipsis et posteris eorum cujuslibet dissensionis tolleretur materia in futurum, sunt de predictis amicabiliter reconciliati, sub pactis et condicionibus infrascriptis, ita videlicet quod textores Lygnicenses omnia talia jura habere debeant, qualia textores retinent Wratzlauienses et vice versa mercatores contra textores similia jura habebunt vt habere dinoscuntur in Wratzlauia mercatores. Et quodlibet stamen, quod dicti textores in Lygnicz fecerint, talem longitudinem continebit, quemadmodum habet /.

./.

in Wratzlauia staminum longitudo, illo dumtaxat excepto, si
alicujus textoris stamen aliquo casuali euentu fuerit annichi=
latum seu in tentorio dilaniatum in tantum, quod suam men=
suram integram et longitudinem debitam non contineat et
tunc textor volenti hunc pannum emere ante empcionem in=
ter eos initam, defectum, si quem pannus habuerit, tenebitur
plenarie explanare; preterea, si mercator aliquis existens de
consorcio mercatorum erga textorem emerit vnum stamen et si
textor pro se, uel pro sua familia de sex aut de septem
seu eciam de pluribus vlnis indiguerit, has mercator eidem
nullatenus denegabit, quas eciam textor licite recipere pote=
rit et suis seu familie sue vsibus applicare. Ceterum
vnus, duo, vel sex, seu plures possunt emere vnum
stamen, quod tamen stamen in domibus textorum non
debent diuidere vllo modo, in totum vero illud stamen
textor in domo sua poterit cum placuerit mensu=
rare. Insuper, si textor pro se et pro familia sua
texerit seu fecerit vnum stamen, illud sibi et familie
sue per incisionem prout vtilius expedire videbitur,
poterit impartiri; diuiso vero eodem stamine inter fami=
liam suam si sex, aut decem seu eciam plures vlne
remanserint, hanc remanenciam ipse textor in domo sua
poterit conseruare in tempora vlteriora, vt instante ne=
cessitate se vel suam familiam cum remanencia vestire

./.

valeat. Sed ipsi textori alicui deinceps sepedictam rema=
nenciam vendere non licebit. Item, si quispiam textorum non
poterit edocere per suam familiam stamen incisum seu
diuisum in collo suo deferentem, quod stamen sic diuisum
pro se et pro sua familia inciderit, idem textor punie=
tur pena de incisione pannorum inferius annotata. Item,
si aliquis textor ab aliquo accusatus fuerit de predictis
nec conuictus, idem textor super eo ciuili juramento se
poterit expurgare. Item, si aliquis ex ipsis textoribus
conuictus in hoc fuerit, quod pannum de Gynth per
vlnas inciderit seu vendiderit et ordinacionem infregerit su=
pradictam, idem ad ciuitatem Lygnicensem pro pena solue=
re tenebitur vnam marcam et nobis seu nostris successo=
ribus censum exintegro camerarum; si vero stamen de
Dorneto vel de Vopyr inciderit textor contra condicionem
et pactum predictum, extunc idem pro pena dabit
dicte ciuitati dimidiam marcam et nobis censum ca=
merarum integraliter et ex toto, sed si pannum textor ter=
restrem inciderit et similiter dictam violauerit ordinacio=
nem et de hoc legitime conuictus fuerit, talis ciuita=
ti predicte soluet racione pene unum fertonem et
nobis censum camerarum cum plenaria integritate. Vt
autem predicta ordinacio inuiolabilis valeat perseuerare
quatuor persone, que eam manuteneant et custodiant
a partibus sunt electe, videlicet vnus de consulibus
./.

/.

ciuitatis Lygnicensis, alter erit magister textorum, tercius, vnus de mercatoribus, et quartus erit vnus de familia judicis curie Lygnicensis, qui pro tempore fuerit. Et tales quatuor persone jam predicte in domibus omnium et singulorum tam textorum et judeorum, quam eciam aliorum cujus=cumque condicionis fuerint secure inquirere poterunt, et querere sine vara qualibet supradicta, quibus in=quisitoribus quatuor jam predictis et tali inquisicione nullius suspicionis seu oblocucionibus obprobria volumus generari, si quis vero ausu temerario predictos quatuor inquisitores, ne in domo sua querant, presumpserint pro=hibere, nostram et hoc indignacionem grauissimam de incursurum poterit non immerito formidare. Ordina=cionem autem predictam inter ipsos mercatores et textores rite factam pars utraque a nobis pecijt suppliciter con=firmari, nos itaque utriusque partis precibus inclinati, prout rite et racionabiliter sunt tractata, predicta omnia de nostre serenitatis impendio confirmamus, volentes, quod robur habeant perpetue firmitatis. Datum in castro Kant anno domini millesimo trecentesimo primo, quarto ydus Augusti.

8062

Odpisy dokumentów z wyd.:

Sommersberg F. – Silesiacarum Rerum Scriptores. t. I

IN nomine Domini Amen. Anno ejusdem MCCCXXXV in festo Beatissimi Bartholomei Apostoli nos Spitko castellanus: Sbigneus Prepositus Cracoviensis: Petrus castellanus Sandomiriensis: Thomas de Zajunczko et Nimissa Mandrossa procuratores a magnifico Principe et Domno Kazimiro Rege Polonie constituti ad infra scripta realiter atque dati: ad universorum notitiam tenore presentium volumus publice devenire quod cum Serenissimus Princeps Dominus Johannes Boëmie Rex et illustris Domnus Carolus Primogenitus ejus Marchio Moravie pro se et suis heredibus pretendentes commodum et tranquillitatem Regnorum Boëmie et Polonie ac regnigenarum et Incolarum ipsorum nec non contemplatione et intuitu Serenissimorum Principum Domini Caroli Hungarie Regis et dicti Kazimiri Polonie Regis cupientesque ipsis regnis et hominibus hinc inde salubri providere remedio quatenus provide animarum et corporum periculis salubriter obvietur: sponte ac libere renunciaverint omni Juri actioni Exceptioni proprietati Dominio et

./.

/.
Titulo Regni Polonie eis in eo competentibus sub pena ex=
communicationis promittentes pro se et heredibus suis
contra hujusmodi renunciationem et cessionem non con=
tra venire aliqua Occasione Ingenio facto pariter
et sermone prout in aliis eorum litteris plenius
continetur: exceperunt tamen excipiuntque generosos
Principes Domnos Duces infra scriptos vasallos
eorum cum eorum Ducatibus terris bonis Dominiis
et pertinentiis quibuscunque que tempore prestiti
homagii possiderunt et omni modo et forma
quibus dicti Domini Duces ipsis Domnis Regi Bo=
ëmie et Marchioni Moravie et eorum heredibus
sive ipsorum ditioni subjecerunt se successores
Duces et Ducatus eorum et Dominia cum
appendentiis quibuslibet suis suo et heredum
suorum Dominio totaliter reservantur: Exceperunt
etiam Terras Wratislavie et Glogoviae cum omni=
bus pertinentiis districtibus et Dominiis ad ip=
sam spectantibus quoquo modo. Domni autem
Duces et Ducatus predicti hi sunt, Domini
Boleslaus Lignicensis et Bregensis, Henricus
Saganensis et Crosnensis, Conradus Olsinensis,
Johannes Stinaviensis Slesie Duces, Bolko de
Opol, Bolko de Falkenberg, Albertus de Stre=
/.

/.
litz, Wladislaus Coslensis et Bituniensis, Wenceslaus Princeps Masovie, Dominus in Plozk, Lesko de Rathbor, Johannes Oswetimensis et Wladislaus de Teschin. Nos itaque volentes favorem et indissolubilem dilectionis Amicitiam inter prefatos Dominos Regem Boëmie et Marchionem Moravie et Polonie gratanter hinc inde benevole amplecti, promittimus pro ipso Domino Rege nostro Polonie, quod idem Dominus Rex Polonie eisdem Dominis Regi Boëmie et Marchioni Moravie optime favet de omni Jure Dominio et proprietate que habent vel se habere asserunt in Dominiis Ducibus et Ducatibus predictis ipsosque nullo modo unquam Tempore impediet super ipsis nec Duces aut Ducatus ipsos vindicabit impetet vel assumet in prejudicium Dominorum predictorum Regis et Marchionis et heredum suorum ipsosque super eisdem in nullo penitus per se vel heredes suos aliqualiter molestabit penam et severitatem excommunicationis ipso facto si contra venerit incursurus, insuper pro ipso Domino Rege Polonie et suis heredibus omni actioni exceptioni prescriptioni et oppositioni Juris consuetudinis aut etiam facti, si que aut aliquod
/.

./.

eorum ipsis Dmno Regi Polonie aut heredibus suis in
sepe dictis Dominiis Ducibus aut Ducatibus eorum pos-
sent aliqualiter suffragari aut competere quolibet modo
in eisdem, non obstantibus aliquibus munimentis litteris
scripturis pactis pactionibus statutis reformationibus aut
aliis quibuslibet Ordinationibus sub quacunque forma
Verborum conceptis etiam si talia forent de quibus de
Verbo ad Verbum specialem et expressam oporteret
fieri mentionem quibus omnibus et singulis et
cuilibet eorum ex certa nra scientia esse et in-
telligi volumus penitus derogatum. Promittentes
sub fidei prestito Juramento quod sepe fatus Dmnus
Rex Polonie premissa omnia et singula hinc
intra festum B. Galli proximum ratificabit
ac suis patentibus approbabit litteris grataque
rata et firma per omnia observabit. In
quorum omnium Testimonium atque robur
presentes conscribi et nrorum sigillorum
patrociniis fecimus communiri. Datum et ac-
tum in Trincinio anno et die supradictis.

Casimirus Dei gracia Rex Polonie nec non terrarum Cracovie
Sandomiri Siradie Lanticie Cujavie Pomeranieque Dmnus
et heres universis presentes litteras inspecturis salu-
tem et notitiam subscriptorum. Salus Vita et peren-
nis Tranquillitas benedictio pacis irradiata claris ful-
goribus per Orbis clarius refulget Climata, dum
Regnorum subditis et Terrarum Incolis providetur
de commodis et inter principes desiderata gratie
Unio ac indissolubilis Charitatis fœdera gratiozius
amplexantur cum ita sicuti status precedentium
temporum demonstrant inter Magnificos Principes Dmi-
nos Joannem Boëmie Regem et Carolum ipsius pri-
mogenitum Marchionem Moravie Illustres fratres
nros charissimos ac progenitores et predecessores
ipsorum parte ex una, nosque ac progenitores
nros parte ex altera nonnulle seductiones af-
flictiones et multiplices Calamitates cedesque
personarum ac rerum hinc inde per Tempora
agitata noscuntur ac damna perpetrata propter
/.

./.
que et Regnorum et terrarum gubernacula utrobique gravia
pertulere dispendia et jacturas innumeras quotidie habuerunt;
nosque his tot et tantis cupientes salutifere obviare
periculis et eis finem imponere salutarem affectantes,
attentis Affectibus cum jam dictis Dominis Rege
et Marchione firmam ac perpetuam amicitie gra-
tiam ac fraterne dilectionis Vinculum irrefragabili-
ter colligare in hoc votis eorum et nostris satis-
facientes libenti Animo recognoscimus dicimus et
publice protestamur: nos in Magnificis Principibus
Dominis Ducibus Boleslao Lignicensi et Bre-
gensi, Henrico Saganensi et Crosnensi, Conrado Olsni-
censi, Joanne Stinaviensi Slesie Ducibus, nec non
Bolkone Opoliensi, Bolkone de Falckenberg, Alberto
de Strelitz, Wladislao Teschninensi Ducibus, Wladislao
Costensi et Bitumiensi, Wenceslao Principe Ma-
sovie Dmno in Plozk, Leskone Ratiboris et
Joanne Osswicensi Ducibus et Vasallis eorum
cum ipsorum Ducatibus et Dominiis terris districs-
tibus jurisdictionibus pertinentiis metis appendiis
limitibus antiquis quibuscunque nec non Civitatibus
Wratislavia et Glogovia cum districtibus limitibus
finibus et pertinentiis earum universis, nullum
Jus proprietatem vel Dominium possessionem
aut titulum habere, aut habuisse, competere vel
./.

competiisse, aliqua in eisdem promittentes ipsos Dmnosn Regem et Marchionem aut heredes coheredes vel successores eorum super prenominatis Ducibus et Ducatibus eorum seu etiam Civitatibus Wratislaviensi et Glogoviensi cum pertinentiis suis per nos vel heredes coheredes et successores nros aut alios quoscunque nullo unquam tempore impedire molestare vel impetere nec Duces aut Ducatus ipsos et ipsorum pertinentias nobis aut heredibus nris vendicabimus aut etiam assumemus in ipsorum Regis Marchionis vel heredum eorum prejudicium vel gravamen: quin imo placet nobis et optime favemus eis in eosdem renunciantes insuper et cedentes pro nobis et heredibus coheredibus et successoribus nostris omni Juri actioni questioni proprietati et titulo in perpetuum si que nobis aut heredibus vel successoribus nostris competebant competerent vel competere possent quomodolibet in futurum, promittentes etiam sub fide prestiti Juramenti, factis sacrosanctis Evangeliis et nihilominus sub pena excommunicationis prolate sententie contra hanc nram renuntiationem cessionem et promissionem aliqua Actione Impetitione suggestione studio Ingenio Jure facto atque Verbo nequaquam venire non obstantibus aliquibus pactis pactionibus statutis reformationibus Ordinationibus Consuetudinibus prescriptionibus conventionibus Munimentis Indulgentiis privilegiis vel litteris Apostolicis Imperialibus vel aliis quibuscunque

/.

./.
scripturis impetratis seu impetrandis in posterum, nec non Juribus quibuscunque tam Juris Canonici quam Civilis aut etiam Municipalis sub quacunque forma Verborum et prolatione conceptis vel in posterum concipiendis et etiamsi talia forent in quibus de verbo ad verbum specialem et expressam opor-teret fieri mentionem: Quae omnia et singula et quodlibet eorum cassa et irrita vacua inania esse et intelligi volumus nulliusque fore efficacie penitus et momenti: ipsis tamen ex cer-ta nra sententia per omnia derogamus in quo-rum Testimonium omnium atque robur perpe-tuum presentes scribi fecimus et nrorum sigillorum munimine roborari. Datum Craco-vie in octava purificationis B. Mariae Virginis Anno Dmni MCCCCXXXIX.

1776.

IN nomine Domini, Sancte et individue Trinitatis. CAROLUS Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus ac Bohemie Rex ad perpetuam rei memoriam. Insignes laudabilis fame titulos moderni temporis meretur gloriosa posteritas si quod predecessorum Illustrium circumspecta pridem instauravit provisio vigilanti cura prosequitur et grate sollicitudinis munit officio ut fructuosi laboris solertia perenni successorum commendentur memorie et ex perfectione bonorum Operum quasi ex relucenti speculo vetustatis surgat de felicibus mortuis felix memoria rediviva: Sane licet pridem recolende memorie Divus Fridricus Romanorum Imperator Augustus, predecessor noster de singulari sue benignitatis munere clare recordationis Illustri Wladislao quondam Bohemie Duci qui regnum Bohemiae ante coro-

./.

/.

nationem suam regebat et suis heredibus Bohemie Regibus Censum de Terra Polonie quem antecessores ejus Duces Bohemie a Polonia multis temporibus accipere consueverant quemque Polonie et Silesie Duces Sacro Imperio solvere tenebantur prout in litteris Imperatoris prefati evidenter exprimitur liberaliter duxerit erogandum ipsi quoque Duces Polonie et Silesie eundem censum Illustribus Progenitoribus et predictis nris Bohemie Regibus in signum subjectionis debite et in recognitionem sui superioris Dominii rite persolverint multis Temporibus retroactis tamen ad abundantius Cau-tele presidium tractu temporis dicti Duces suorum heredum et successorum nomine atque vice Principatus Terras ac Dominia sua a clare memorie Illustri Johanne quondam Bohemie Rege Genitore nostro carissimo dum viveret et demum prefato Genitore nostro defuncto a nobis et a Corona Regni Bohemie in feudum cum solemnitate debita susceperunt nobisque ac nostro Genitori dum viveret tanquam Bohemie Regibus et Corone Regni Bohemie prestiterunt solemniter Obedientie homagii subjectionis et

/.

fidelitatis debite juramenta corporalia: Et licet insignis Ducatus Wratislaviensis et Slesie, cum suis omnibus pertinentiis ad utile et immediatum Dominium Illustrium quondam Bohemie Regum Progenitorum et Predecessorum nostrorum et Coronam Regni Bohemie spectaverit ab antiquo, sicut hoc littere recolende memorie Domini Rudolphi Romanorum Regis Predecessoris nostri ostendunt: In quarum prima quandam Ordinationem inter Illustrem Ottocarum quondam Bohemie Regem Proavum nostrum charissimum ex una et Henricum Ducem Wratislaviensem parte ex altera videlicet quod dictus Ottocarus Rex eidem Henrico Wratislaviensi et Slesie Duci in casu si Ducem premori contigerit in premisso Ducatu Wratislaviensi et Slesie terris et omnibus suis Dominiis deberet succedere per se factam asserit: et in secunda ipsarum dicto Henrico Duce jam sublato de medio, predictum Regem Ottocarum heredes et successores suos Reges Bohemie de Ducatu Wratislaviensi et Slesie terris et Dominiis prefatis tanquam actu vacantibus propter multa grata servitia, que Illustres Bohemie Reges Sacro Romano Imperio fecerant solem-

./.

./.

niter investivit lucidius attestatur: tamen Illustris quondam Bohemie Rex genitor noster carissimus prefatus cum Henrico, septimo et ultimo Wratislavie et Slesie Duce, sororio nostro, dum uterque ipsorum Vitam ageret in humanis quandam ordinationem iniit et tractavit videlicet quod dictus Dux Henricus Terram et Districtum Glacensem cum Vasallagiis feudis Dominiis et aliis omnibus pertinentiis suis de consensu dicti genitoris nostri ad vite duntaxat tempora habere deberet, ut tamen eo moriente Ducatus sui puta Wratislaviensis et Slesie ac predictum Glacense Dominium ad Usum et possessionem Genitoris nostri heredum et successorum ipsius Regum et Corone Regni Bohemie sine difficultate qualibet revenirent: sicut hoc processu dierum ad finem devenit intentum: Eoque dictus Genitor noster dum viveret moriente Duce prefato Ducatum Wratislaviensem et terram Glacensem prefatum tenuit et possedit, et nos utrumque de presenti velut Bohemie Rex in possessione tenentes, utrolibet dominabimur. Et quamvis Marchia Budissinensis et Gorlicensis que cum ceteris civitatibus Oppidis pertinentiis suis ad Regnum et Coronam Bohemie ab antiquo pertinuerunt per Illustrem Ottocarum quondam Regem Bohemie

./.

./.

Proavum nostrum in personas quondam Illustrium Brandenburgensium Marchionum ex certis causis et rationibus alienate fuerint, aliquando tamen Marchionibus predictis absque sexus masculini heredibus decedentibus ex hac Vita Nobiles-Milites Clientes cives universique Incole Marchie Budissinensis et Gorlicensis, prefate animadversione debita cognoscentes, qualiter ad Coronam et Regnum Bohemie tanquam ad immediatum et naturalem Dominum dudum pertinuerant ad subjectionem et obedientiam Illustris Joannis quondam Bohemie Regis genitoris nostri tanquam ad ordinarium legitimum et naturalem Dominum suum et ad Coronam Regni Bohemie, de cujus gremio jam dudum constiterant ut prescribitur deliberatione non improvida redierunt: Nos igitur indefessam sollicitudinis operam et diligentiam exquisitam, quam sepe dicti Proavus Pater ac Progenitores nostri carissimi quondam Bohemie Reges ad obtinendum subjectionis Vasallagium et Obedientiam illustrium Slesiam et Polonie Ducum videlicet: Lignicensis, Brigensis, Münsternensis, Trostensis, Bithumiensis, Stinaviensis, Osvicensis, Principatus Masovie et Ducatus in Plotzka: Principum

./.

./.
et fidelium nostrorum Principatus seu Ducatus Wratis-
slaviensis et Slesie, nec non Civitates videlicet, Wra-
tislaviam, Novumforum, Franckenstein, Stinaviam
Goraw et mediam partem Glogovie, Nambslavie
et pertinentiarum ipsius: et etiam Budissinensem
et Gorlicensem Marchiam, ut prefertur non abs-
que magnis Impensis et infinitis laboribus habu-
erunt in nostre Majestatis acie continue revol-
ventes ut virtutem ipsorum frequentia et solici-
tudo laborum preteriti sub felici nostro Regi-
mine solidetur: sicut dudum de plenitudine
Romane Regie potestatis statuendum duximus,
ita et nunc et certa scientia statuimus de
nostre Imperialis plenitudine potestatis quod
omnes supradicte sententie et clausule
Imperialium et regalium litterarum, quas
ad probationem dictarum Intentionum adduxi-
mus semper et ubique in Judicio et extra et
in singulis actibus publicis et privatis quotiens
teaorem presentium legi et publicari contigerit
ejusdem Efficacie Vigoris et Auctoritatis existant
ac si in signis propriis Originalia viderentur: Eo
precipue cum eadem Originalia per nos et nos-
./.

./.
nullos Sacri Imperii Principes Barones Proceres aus-
cultata et examinata fuerunt diligenter: Et demum
communicato super omnibus premissis nonnullorum
Sacri Imperii Principum Baronum et nobilium con-
silio speciali predictis omnibus de Verbo ad Ver-
bum prout superius intellectis et in examine deli-
berate et provide discussionis adductis ne ex In-
terpretatione sinistra quorumlibet nostris heredi-
bus et successorum nostrorum Regum Bohemie
et Corone Regni ejusdem Juribus honoribus et
statui valeat imposterum derogari: Auctorita-
te Imperiali dictos Slesie Polonie et ceteros
predictos Duces nostros Principes et Vasallos cum
Principatibus feudis et Vasallagiis ipsorum pre-
sertim cum a Corona Regni prefati immediate
dependeant dictum quoque Ducatum Wratisla-
viensem cum civitate Wratislavia, Noviforensi,
Franckenstain, Stinaviensi, Gorensi, Glogoviensi, et
ceteris oppidis ibidem nec non Marchiam
Budissinensem et Gorlicensem cum Vasallis
Vasallagiis feudis feudatariis Utilitatibus fruc-
tibus obventionibus jurisdictionibus judiciis
honoribus juribus consuetudinibus et omni-
bus dictorum Ducatuum et Marchie pertinen-
./.

%.

tiis, velut utile et immediatum Dominium nostrum
et Regni Bohemie prefati, eidem Regno et ejus
felici Corone in perpetuum adjungimus, incorpora-
mus, invisceramus, adscribimus, adpropriamus, et
indivisibiliter et inseparabiliter counimus: Spe-
ciali etiam et nomine interpretamur, pronuncia-
mus, diffinimus, protestamur, et dicimus ac
de certa nostra scientia declaramus quod pre-
fati Duces Slesie et Polonie heredes et suc-
cessores ipsorum in perpetuum quotiens Duca-
tus eosdem aut alterum ex iis vacare con-
tigerit ipsos vel ipsum a nobis heredibus
et successoribus nostris Boemie Regibus et
Corone Regni ejusdem homagii obedientie fi-
delitatis et subjectionis debite teneantur
ac debeant prestare et facere corporalia
Juramenta supplentes omnem defectum, si quis
in litteris vel privilegiis dictorum Imperatorum
et Regum Romanorum memorie recolende aut
etiam in Ordinatione seu tractatu dicti geni-
toris nostri quem cum prefato Henrico septi-
mo et ultimo Wratislaviensi et Slesie Duce
habuisse dignoscitur seu in reditu Nobilium
militum Clientum Civium et Incolarum Bu-
dissinensis et Gorlicensis Marchie qui ad Regnum

%.

/.

Bohemie ut premittitur ex causis legitimis redierunt: vel in presentibus nostris litteris verborum defectus inter-pretatione dubia sententiarum obscuritate vel alia qua-vis Occasione compertus fuerit, de certa nostra scien-tia ac de predicta Imperialis plenitudine potestatis non obstantibus legibus consuetudinibus Usibus Obser-vantiis Juribus Municipalibus vel Communibus statu-tis seu Edictis publicis vel privatis factis et editis in contrarium quibuscunque quas et que quantum ad hec ac si nominatim de verbo ad verbum pre-sentibus inscripta et inserta consisterent etiamsi de his Jure vel Consuetudine deberet fieri men-tio specialis revocamus, cassamus, irritamus, an-nihilamus. et de predicte Imperialis Potestatis plenitudine decrevimus firmiter fore nullius pe-nitus momenti: Nulli ergo hominum liceat hanc nostre adjunctionis, appropriationis, Conjunc-tionis, Incorporationis, Invisecrationis, Adscriptionis, Interpretationis, pronunciationis, diffinitionis, Potestationis, declarationis, decreti defectus sup-pletionis, revocationis, cassationis, Irritationis, et annihilationis paginam infringere: Contraria vero facientes si qui fuerint (quod absit) ultra

/.

./.
Indignationem nostre Celsitudinis quam ob hoc se
noverit incursurus, mille marcas auri puri nostri
et Romani Regni Fisco componant, ipsarum
videlicet medietatem nostre seu successorum
nostrorum Curie seu Camere reliquam passis
Injuriam irremissibiliter applicandam. Signum
Serenissimi Principis ac Domini Domini Caro-
li Quarti Romanorum Imperatoris semper
Augusti. Testes hujus sunt: Venerabilis Er-
nestus Pragensis Archi Episcopus: Illustris
Rudolphus Senior Dux Saxonie: Sacri Imperii
Archimarschallus Avunculus noster: Ac Vene-
rabiles Preczlaus Wratislaviensis: Cancellarius Au-
le nostre: Johannes Olmucensi: Johannes Lu-
thomiensis: Theodoricus Mindensis: Henricus La-
mudensis Episcopi: Illustres Rudolphus Junior
Saxonie et Johannes Opavie Duces: Spectabiles
Burghardus Magister Curie nostre: Burggravius
Magdeburgensis: et Albertus de Anehalt: Comites:
et nobiles Johannes de Rosenberg: Johannes
de Sternberg: Zdencko de Hasinburg: Gonslaus
de Schwanberg: Borko de Constadt: Dionysius
de Lomniz et Ulricus de Visa et alii quam
./.

./. plures nostri fideles presentium sub Bulla Aurea. Datum Prage Anno Domini MCCC.LV. Indictione VIII. VII. Idus Octobr.

778

NOs LUDOVICUS Dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Polonieque etc. etc. Notum facimus universis quibus interest vel interesse poterit in futurum per presentes quod ob singularem interne charitatis Ardorem quo Serenissimum ac Invictissimum Principem et Dmnum Dmnum Carolum Quartum Romanorum Imperatorem semper Augustum et Boemie Regem Illustrem, Serenissimam Principem Dmnam Elizabeth Romanorum Imperatricem et Boemie Reginam sororem nostram et Illustrem ac Magnificum Principem Dmnum Wenceslaum Boëmie Regem prefati Dmni Imperatoris filium ac Illustres Principes Dmnos Joannem et Jodocum ejus Primogenitum Marchiones et Dmnos terre Moravie fratres nros charissimos ceterosque filios et heredes ipsorum pio fraternoque sinceritatis Zelo complectimur, ipsis animo deliberato non per Errorem aut improvide sed maturo Principum ecclesiasticorum et secularium, Comitum, Baronum et Nobilium nrorum

./.

./.

fidelium ad hoc accedente Consilio et ex certa nra
scientia pro nobis ac Serenissima Principe Domina
Elisabeth consorte nra charissima Hungarie Polo-
nie Dalmacie etc. Regina nec non heredibus here-
dum heredibus et successoribus nris Hungarie Po-
lonie Dalmacie etc. Regibus in perpetuum promisimus
et promittimus bona fide dolo et fraudibus qui-
buslibet procul motis et sub eo Juramento corpo-
rali quod nos, et predicta Domina nostra con-
sors charissima Regina Hungarie, super lignum
vivifice Crucis et super Dei Evangelia in manus
reverendi in Christo Patris Domini Joannis
Patriarchae Alexandrini Apostolice sedis legati
prestitimus, quod tam nos, quam eadem Domina
Regina heredes et successores nostri nunquam
nos vel heredes nostri et heredum heredes et suc-
cessores aspirare debemus nec volumus ad vendi-
candum aut usurpandum nobis vel ipsis aut
alicui ex nobis Regnum Boëmie Principatus
seu Principes aut Prelatos Ecclesiasticos sive
seculares et signanter specifice et expresse
ejusdem Regni et Corone Boëmie Principes
Principatus et Ducatus, videlicet, Wratislavie,

./.

./.

Swidnicii, Jaurensis, Münsterbergensis, Lignicensis, Bregensis, Olsnicensis, Glogowensis, et Crosnensis, Saganensis, Opoliensis, Falckenbergensis, Strelicensis, Thessinensis, Ratiboriensis, et Oppavie, Koslensis, Bytonensis, Oswiciensis, Stinavie, et Gorensis, nec non Marchionatus Moravie Lusatie Budissinensis et Gorlicensis seu alios eorum quoscunque Principatus Ducatus terras homines Dominia Civitates Castra seu quaslibet pertinentias eorum communiter et divisim in genere seu in specie sive in Boëmia Moravia Slesia Polonia Saxonia Bavaria Franconia seu alias ubicunque locorum existant vel ad vindicandum seu usurpandum nobis quascunque vel alicujus eorum metas granitias gades seu terminos aut Jura libertates pertinentias consuetudines vel observantias que seu quas ad presens tenent habent et possident seu Authore Domino adipisci habere tenere obtinere vel possidere poterunt aut debebunt quomodolibet in futurum seu etiam quecunque alia ad ipsos quovis modo spectantia ubicunque sita que non sunt nominatim inclusa presentibus etiamsi talia forent de quibus hic fieri deberet vel posset mentio specialis. Et in cujus

./.

%.

casum si hujusmodi eorum Principes Principatus Ducatus Duces Comites Barones Nobiles Milites Cives Civitates Oppida Castra aut Universitates terre seu homines aut eorum aliquis vel aliqui se voluntarie seu sponte libere offerrent offerre vellent vel quovis modo deliberarent subdere subjicere vel offerre quod ex nunc prout ex tunc promittimus et spondemus pro nobis et omnibus et singulis supra-dictis sub Juramento et fide prefatis tales vel talem nullatenus assumere recipere seu aliquatenus acceptare quibuscunque adinventionibus Ingenio vel Colore quesitis. In cujus rei testimonium presentes nostre Majestatis et ejusdem Domine Regine consortis nostre charissime Sigillis authenticis simplicibus appensione jussimus communiri. Datum in Wissegrad in festo Sancte Trinitatis Anno Domini MCCCXXII.

INnocentius Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Thome Episcopo Wratislaviensi ejusque successoribus canonice substituendis in P. P. M.

In eminenti Apostolice sedis specula licet immeriti disponente Domino constituti fratres nostros Episcopos tam propinquos quam longe positos fraterna debemus caritate diligere et Ecclesiis sibi a Deo concessis pastorali sollicitudine providere. Quo circa venerabilis in Christo frater Episcope tuis justis postulationibus clementer annuimus et Ecclesiam S. Johannis Baptiste Wratislaviensem cui Autore Deo preesse dinosceris sub B. Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus statuentes et quascunque possessiones quecunque bona eadem Ecclesia impresentiarum juste ac canonice possidet aut infuturum concessione Pontificum largitione Regum vel Principum oblatione fidelium seu aliis justis modis pre-

./.

/.
stante Domino poterit adipisci firma sibi suisque successoribus et illibata permaneant, in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum in quo prefata Ecclesia sita est cum omnibus pertinentiis suis: jus Episcopale quod habet a Tessin, Ratibor, Thosth, Opol, Otmuchau, Rethen, Nemethi, Bardo, Stregom, Srini, Legnichze, Wratizlavia, Milith, Sandovel, Glogou, Bithom, Crossen, Sagan, Bolezlaver, Grodpz, et Wlay castris, castrum Otmuchau cum suis villis et omnibus pertinentiis suis: castrum de Milith cum foro et omnibus pertinentiis suis: in territorio Wratislaviensi Cerequiz, Comvici et Solizlavici villas cum hominibus et omnibus pertinentiis suis: Villam que Seligono dicitur quam eidem Ecclesie a Duce Bolezlao justo emptionis titulo et -------- acceptam: Calovv, Petrecovici, Scetrina, Cackovv, Badechin, Pivvosono, et Cihntice villa cum omnibus pertinentiis: tres villas super aquam Vidavam que Vidave nuncupantur cum omnibus pertinentiis suis, quarum unam Crisanus Decanus alteram Johannes Cantor et reliquam Vincentius Canonicus Wratislaviensis

/.

/.

ad ipsos hereditario Jure spectantes eidem Ecclesiae pia et provida liberalitate dedit: Ostrovici et Zmigrovo villas cum parvis Villis circumjacentibus et aliis pertinentiis suis: Racicovo, Harbci, Uzevisci, Morantino, Paulivo, Transovvici, Tresceneczo Borcovici, Gostech, Testen, Badiz, Prosovo, Tarcovici, Procatovici, et Solnici Villas cum pertinentiis suis: Villam Domantici cum Terra quam redemisti de manibus Henrici filiorum de Hocesovic et aliis pertinentiis suis: Uzpalici apud Dobrissam, Rathercici, Comici, Malgozsrohe, Drimbvona, Oberc, Jalche, Otox et Celthe villas positas ex una parte fluminis quod Odra dicitur cum pertinentiis suis, ex altera vero parte ipsius fluminis Pilzce, Cofonovo, Zvvan, Crivichono, Zmeniza, Kozlovo, harapuco, bucovo, Streganovici, Blis, Biscupici, Stirzenivo quae Malusivo dicitur, Jascotle, Camblovici, Galovo minus, Canchagora, Muchobor, Opowno, Barinithi, Oltacino, Huczcovo et Gelmanovo Villas cum pertinentiis suis villam apud vadam Javatr, cum pertinentiis suis, Concornice, et Replino

/.

./.

villas cum pertinentiis suis, villam Soravina, quam
Benicus Decanus Wratislaviensis ad ipm hereditario
Jure spectantem eidem Ecclesie provida et pia li-
beralitate donavit cum pertinentiis suis: Item
aliam villam que Soravina dicitur et villam
Silvestri cum pertinentiis suis; Smarchow, Rad-
covici, Cochutowo, Sclani et Sclini, Radoscovici,
Sthurici, Govici, Mancovici, Sedlacovici, Ropcat-
cocio, Buzcovici, Janserbreza, Rinacovici, Cresne
et Jelmino Villas cum pertinentiis suis: Villam
Penth cum pertinentiis suis quam Victor
Decanus Wratislaviensis ad ipm hereditario
jure spectantem eidem Ecclesie pia et pro-
vida liberalitate donavit; Creport, Vanzow,
Biscupici, Gosting, Zborovici, Lubeth cum silva
sibi adjacenti et Prandecino villas cum per-
tinentiis suis, tertiam partem ville Vinceco-
minici, Crodesovici, Osek, Nevenino, Racovici,
Uzrochova, et Gostecino villas cum perti-
nentiis suis, Visla, Costmin, Suinii, Zolavici,
et Szirpici Villas cum pertinentiis suis
juxta castrum Sundovol, villam Gora

./.

./.
cum pertinentiis suis, in territorio de Legnico Clem-
conovici, Olsune, Companno, Danobe, Lisovici Ma-
lah et Stobno villas cum pertinentiis suis villam
babino cum pertinentiis suis quam Johannes Ar-
chidiaconus Wratislav. ad ipsum hereditario Jure spec-
tantem eidem Ecclesie pia et provida liberali-
tate donavit, villam prseza cum pertinentiis
suis: in districtu Glogoviensi et Bitomiensi Pri-
chova, borelow, Olsave, Gorka, Cohlevici, Cnid-
lovici, Zloni, Medilese, Starareka et Staranka
villas cum pertinentiis suis: possessiones et
reditus quos habet in Obiscuo, Tekozlave, Cama-
ra, Fransovo, Sepuno, Droblino, Cirentici et
Bochov villas cum pertinentiis suis: in distric-
tu de bolestavich Ocevane et Biscupici villas
cum pertinentiis suis: villam Rapi juxta
lom cum pertinentiis suis; In ducatu de
Opol villam Viazd cum pertinentiis suis vil-
lam Gluche cum pertinentiis suis quam Se-
bastianus Cancellarius Ducis de Opol ad ipsum
hereditario jure spectantem pia et provida
liberalitate donavit.: villam Scinava cum
pertinentiis suis quam Zbrozlaus Castellanus
./.

/.

de Opol ad ipsum hereditario Jure pertinentem eidem
ecclesie pia et provida liberalitate donavit. Jn
Episcopatu Poznaniensi Nalchov et Murinovow Vil-
las cum pertinentiis suis Chanovo super Vizlam
et Biscupici que et juxta bithom versus Cracoviam
villas cum pertinentiis suis, nec non et possessiones
alias cum Vineis Pratis terris nemoribus usuagiis
et pascuis in bosco et plano in agris et molendi-
nis in viis et semitis et omnibus aliis libertati-
bus et Jmmunitatibus suis; ad hec cimiteria
Ecclesiarum et ecclesiastica beneficia nullus he-
reditario Jure possideat. Quod si quis facere presum-
pserit censura canonica compescatur. Preterea
quod communi assensu capituli tui vel partis
majoris consilii sanioris in tua dioec. per te vel
successores tuos canonice institutum, ratum et fir-
matum volumus permanere. Prohibemus desuper
ne excommunicatos vel interdictos tuos ad officium
vel communionem ecclesiasticam sine conscientia
et consensu tuo quispiam admittat aut con-
tra sententiam tuam canonice promulgatam
aliquid venire presumat, nisi forte periculum
mortis immineret ut dum presentiam tuam

/.

./.
habere nequiverint per alium secundum formam ec=
clesie satisfactione promissa oporteat ligatum ab=
solvi: sacrorum quoque canonum Autoritatem sequen=
tes statuimus ut nullus Episcopus vel Archi-Episco=
pus absque Wratislav. Episcopi consensu conventus
celebrare causas etiam vel ecclesiastica negotia
in Wratislavien. dioec. nisi per Romanum Pontificem
vel ejus legatum fuerit eidem injunctum tractare
presumat nisi forsan Metropolitanus ejus aliquod
premissorum fecerit in casibus sibi a jure conces=
sis: In ecclesiis quoque Wratislavien. dioec. que ad
alios pleno jure non pertinent nullus clericum
instituere vel destituere vel sacerdotem preficere
sine consensu dioecesani presumat: Decernimus
ergo ut nulli omnino Hominum liceat prefa=
tam Ecclesiam temere perturbare aut ejus
possessiones auferre vel ablatos retinere minuere
seu quibuslibet vexationibus fatigare sed omnia
integra conserventur ------- pro quorum guber=
natione ac sustentatione concessa sunt Usibus
omnimodis pro futura: salva sedis aplice auto=
ritate. Si que igitur in futurum ecclesiastica
secularisve persona hanc nostre constitutionis
paginam sciens contra eam temere venire
./.

./.
temptaverit secundo tertiove monita nisi reatum
suum congrua satisfactione correxerit potestatis
honorisque sui dignitate cadat iramque se divino judicio
existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a
sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini
redemptoris nostri Jesu Christi alienus fiat
et in extremo examine districte subjaceat Ultio-
ni: Cunctis autem eidem loco sua Jura servan-
tibus sit pax Domini nostri Jesu Christi --
------ et hi fructum bone actionis per-
cipiant et apud districtum Judicem premium
eterne pacis inveniant: Amen!

In nomine Domini Amen. Licet in eximiis Princi-
patibus constituti Regnorum solia dirigamus instan-
tis tamen fati Necessitate compellimur, ut dum
meditamur devota mente novissima, ad placitum
disponamus et gloriam celestis Vite longiorem.
Nos igitur Henricus Dux Zlesie Cracov. et Sen-
domir. meditantes et sollicita revolventes Indagine
qualiter per Nos et nostros Progenitores Ecclesia
B. Johannis in Wratislavia nec non bona pos-
sessionis ipsius Ecclesie atque Monasteriorum,
aliorumque piorum locorum possessiones et pre-
dia que eidem Epatui sunt subjecta multi-
formibus ac diversis Injuriis Pressuris et Gra-
vaminibus infinitis in nostre salutis dispendium
hactenus fuerunt desolata: quorum etiam dam-
norum estimationem propter infinitatem ipso-
rum ad certam non possumus reducere quan-
titatem, in satisfactionem damnorum ipsorum
et restaurationem Violentiarum illatarum tam
/.

/.

Personis quam prediis supradictis pro Salute Anime no-
stre ac Progenitorum nostrorum, in remissionem pecca-
torum que quacunque temeritate commisimus in
bona valetudine mentis nostre de consilio et con-
sensu Baronum nostrorum damus conferimus
et liberaliter elargimur omnibus possessionibus
Civitatibus Vicis villis omnibusque prediis
tam rusticis quam urbanis puram perfectam
et integram libertatem ab omnibus servitiis
Teutonici Juris atque Polonici ab omnibus angariis
et perangariis Collectis pariter atque Vecturis et
aliis quibuscunque vexationibus quocunque nomine
censeantur. Liberamus etiam expresse et nomi-
natim Terram Nissensem et Ottmouchoviensem nec
non et alia bona Ecclesiastica in Wratislaviensi
Diocesi constituta ab omnibus servitiis supradic-
tis: Renunciantes ex nunc pro nobis nostrisque
Heredibus et Successoribus quibuscunque tam ex
Testamento quam ab intestato venientibus omni
Jurisdictioni et Juri Ducali quod nobis competebat
in possessionibus supradictis conferentes etiam Wra-
tislaviensi Ecclesie Dominium Jurisdictionem et
Facultatem majoris Judicii super Causis Sanguinum

/.

/.

et specialiter super omnibus Causis majoribus que
Jus Ducale hactenus contingebant: Conferentes etiam
eidem libertatem in Terra Nissensi predicta et
Ottmouchoviensi tam in Judiciis quam in moneta, vo-
lentes ut Episcopi qui pro Tempore fuerint inibidem
plenum Dominium perfectumque in omnibus ha-
beant Jus Ducale: Ad executionem autem omnium
predictorum ne predicta nostra Voluntas et
pium arbitrium aliqualiter violetur in possessio-
nem omnium predictorum ipsum Episcopum
ejusque Nuncios seu Jurium procuratores per Sub-
camerarium nostrum in corporalem Possessionem
fecimus induci: Restituimus insuper Ecclesie
Wratislaviensi Bandlowicz cum toto districtu
sicut Episcopus prius possidebat quod violenter
abstuleramus eidem: Nec non omnes possessio-
nes et predia que per Patrem seu Patruum vel
per nos vite nostre temporibus indebite fuerunt
occupata: In cujus Rei Testimonium et Evidentiam
pleniorem presentes litteras scribi jussimus
nostri Sigilli munimine roboratas: Actum
Wratislavie Anno Domini MCCXC. Presentibus
his: Bernardo Preposito Mianensi et Cancella-

/.

./.

rio nostro, Nankero Palatino nostro, Simone Gallico, Hen-
rico de Wisenbergk, Polizone de Schellenwalde, Schamm-
borio de Schiltbergk, Günthero de Biberstein, Ragusco
de Pogrell, Petro Stoschewitz, Wernhero de Legnitz,
Gisittero Collneri, Jaroslao de Habersdorff, Ludo-
wigio Copatschin, Rascone Dremlingk et aliis quam
pluribus fide dignis. Datum per Manum Ludo-
vici Proto Notarii nostri in Vigilia B. Johannis
Baptiste.

782. 217

In nomine Domini Amen. Nos Johannes Dei gracia Rex Bohemie Lucemburgensis Comes, Dux Slezie et Dmnus Wratislav: Considerantes sinceritatis Affectum quo Reverendus in Christo Pater Dmnus Preczlaus Wratislav. Epus nobis studuit sinceris Affectibus complacere, nos affectantes eidem Dno Epo vel qui pro tempore fiunt et Ecclesie Capitulo ac toto Clero seculari Civitatum et Ditionum Wratislaviensium in nostro temporali Dominio constitutis et specialiter Ecclesie nostre Glogoviensi grata favoris nostri vicessitudine occurrere, ac ipsos Regia benignitate reddere consolatos, ut ipsi quietem consecuti et pacem, nostrisque adjuti Beneficiis in Pace, Pacis Domino liberius valeant famulari, omnes gratias, privilegia, indulgentias et libertates per quoscunque Duces Comites et Barones Predecessores nostros in Civitate et Ditione Vratislaviensi et specialiter ac

./.

./.

precipue per bone memorie divos Principes Domi-
nos Henricum I. et Henricum II. Henricum III. Hen-
ricum IV. Henricum V. et Henricum VI. et ultimum
tunc Duces Slezie et Dominos Wratislav. nec
non per Dominos Conradum et Bolkonem olim
Duces Glogovienses et per nostram Majestatem
Regiam concessas et datas, seu concessa et data
ratas et gratas, rata et grata habentes eas
et ea cujuscunque continentie et tenoris existunt
recognoscimus, innovamus approbamus, et nihil-
ominus ex justa nostra scientia presentibus con-
firmamus, promittentes bona fide et sinceriter
in his scriptis Reverendo in Christo Patri Do-
mino Preczlao Dei et apostolice sedis gracia
Wratislaviensi Episcopo predicto presenti recipien-
ti vice et nomine suo Ecclesie et Capituli
Wratislaviensis nec non Cleri secularis manu te-
nere semper atque inviolabiliter et illibate
servare gratias, indulgentias, libertates et
privilegia omnia, supradictas ac etiam supra
dicta Episcopum et Capitulum ac Clerum se-
cularem predictum contra quoscunque Reges
Duces Comites Barones tyrannos spoliatores

./.

/.

molestatores Injurjatores et Perturbatores Episcopo-
rum cujuscunque conditionis aut status extiterint de-
fensare, ac ipsos et ipsorum bona terras statum
et Jura defendere et conservare absque omnis doli
scrupulo quosquam perceperimus eos aut ipsorum
aliquos molestari et perturbari in personis, rebus
vel juribus ipsorum vel ipsis Injurias irrogari aut
postquam ipsi vel aliqui ipsorum nobis spolia mo-
lestias injurias vel perturbationes ipsorum intima-
verint auxilium a Majestate Regia postulan-
tes exceptis duntaxat Illustribus Principibus
Dominis Henrico Jaworiensi et Bulkone Swidni-
czensi Ducibus contra quos in terris ipsorum
ipsum Dominum Episcopum Ecclesiam et Ca-
pitulum bonis Episcopalibus Ecclesie seu Capi-
tuli predictorum in Ducatu Wratislaviensi
seu Ducum aliorum vasallorum nostrorum
sitis perturbare forsitan conarentur. tunc Epi-
scopo Ecclesie et Capitulo predictis contra pre-
dictos Duces ad prestandum eis Auxilium vel
Juvamen volumus obligari. Insuper Episcopo
et Capitulo memoratis promittimus bona fide
quod nos aut primogenitus noster Marchio
/.

1/
Moravie Episcopum et Capitulum Wratislaviensis Eccle=
sie consistentes nullo unquam tempore quolibet aggrava=
bimus exactionibus, talliis, solutionibus, collectis, peti=
tionibus, pecuniarum, annalium, annonarum, servitu=
tum, vecturarum, vel aliarum Angariarum seu peranga=
riarum quocunque censeantur nomine, aut descen=
sibus vel stationibus ad Villas et allodia Episcopi
Capituli et Ecclesie predictorum, et juxta privi=
legiorum suorum tenores ipsis in his scriptis meram
plenam et omnimodam concedimus libertatem.
In quorum omnium Testimonium et robur perpetuo
valiturum presentes conscribi et appensione sigilli
nostri volumus communiri. Datum Parisiis
IV. die mensis Octobr. Anno Domini 1342.

In nomine Domini Amen. Nos Johannes dei gracia
Rex Bohemie Comes Luxemburgensis, Dux Sle-
zie et Dominus Wratislav. Universis et singulis
presentes litteras inspecturis volumus esse no-
tum quod animadvertentes propensius quod
licet omnium piorum Operum Altissimus sit
Retributor ea tamen que ad divini Cultus
fiunt Augmentum in Remuneratione apud
ipsum sunt precipua et priora ob Reve-
rentiam DEI, Sanctorum, Johannis Bapti-
ste et Johannis Evangeliste Wratislaviensis
Ecclesie Patronorum quos, speciali Devotio-
ne sincerius veneramur omnia et singula
privilegia, Gratias Libertates ac Indulgen-
tias per quoscunque Duces Slesie et Domi-
nos Wratislavie, Comites et Barones Predeces-
sores nostros ibidem et per nostram Regiam
Majestatem Domino Episcopo Capitulo et
Clero Wratislaviensis Ecclesie concessas

./.

./.

et datas seu concessa et data ratas et gratas seu
rata et grata habentes eas et ea cujuscunque Con-
tinentie et Tenoris existunt recognoscimus innovamus
approbamus et nihilominus ex nostra certa Scientia
presentibus confirmamus, imo etiam ex nunc de
novo de benignitate Regia prefatis Domino Episco-
po et Capitulo Clero et singularibus Personis
Ecclesie Wratislaviensis Dignitatibus personatibus-
que ejusdem in omnibus bonis eorum Villis
et Allodiis cum suis pertinentiis et specia-
liter et nominatim in Villis Episcopi et
Krinz Swanth vel Byschorisdorph, Turow,
Raduskowiz sive Byskopuz, et Jelin; et
in Villis Capituli scilicet Repelin et Cu-
schaliz et villa prepositi Malthatzin
et Villa decani Mochebor Ecclesie ante
dicte meram plenam et omnimodam
in his scriptis liberaliter divine Remu-
nerationis ob Respectum donamus largimur
et concedimus Libertatem nihil omnino
nobis nostris heredibus et successoribus no-
stris jurisdictionis census aut servitutis
deinceps reservantes: Preterea de pietate

./.

./.
Regia gratiose favemus et concedimus Domino Episcopo
Capitulo et singularibus Personis Wratislav. Ecclesie
predictis et successoribus qui pro tempore fuerunt
eorundem quod sua Allodia in Terris nostris sita
propterea vel intoto in Villis Theutunicali Jure loca-
re et exponere et e converso Villas in Allodia
redigere aut reducere possint et valeant prout
ipsis eorum alicui expedire videbitur pro sue
Libito Voluntatis: ita tamen quod sive Ville
ex Allodiis aut Allodia ex Villis facte seu
facta fuerunt plenissima ac omnimoda ut
premittitur perpetue gaudeant Libertate: Insu-
per Episcopo et Capitulo memoratis promitti-
mus bona fide quod nos et primogenitus no-
ster Carolus Marchio Moravie nostrique Suc-
cessores et Heredes Episcopum Capitulum
et Clerum Wratislaviensis Ecclesie prefate,
Laycos quoque subditos quoscunque in nostro
Dominio constitutos et in bonis Possessioni-
bus predicte Wratislaviensis Ecclesie commo-
rantes nullo unquam tempore quolibet aggra-
vabimus Petitionibus Pecuniarum annalium
annonarum servitutum Vecturarum solutionibus
./.

/.

Talliis Exactionibus Collectis Angariis et perangariis quos cunque nomine censeantur aut Descendionibus vel stationibus ad villas et Allodia Episcopi Capituli et Ecclesie predictarum, sed ipsos et possessiones ipsorum in plenissimis libertatibus conservabimus tuebimur ac pro Viribus defendemus: In quorum omnium Testimonium Sigillum nostrum Regium Patentibus duximus appendendum: Datum et actum Wratislavie in Curia nostra Jd. Augusti: Anno Domini MCCCXLIV.

783. 221

Nos Preczlaus dei gratia Episcopus: Petrus de Luna Prepositus et Capitulum Ecclesie Wratislaviensis notum facimus tenore presentium universis et ad Mandatum Serenissimi ac Invictissimi Principis et Domini Domini Caroli IV. divina favente Clementia Romanorum Imperatoris semper Augusti et Boëmie Regis Domini nostri gratiosi qui nobis hoc tanquam Boëmie Rex precepisse et injunxisse dinoscitur, Animo deliberato non per Errorem aut improvide sed sano nobiscum et cum Amicis nostris precedente Consilio pro nobis et successoribus nostris in perpetuum promisimus et bona fide sine dolo promittimus Illustri Principi Domino Johanni Marchioni Moravie Fratri suo unico germano quod in eum casum ubi prefatum Dominum nostrum Imperatorem et Boëmie Regem non relictis legitimis masculini sexus heredibus seu heredum suorum pro heredibus in linea ma-

./.

./.

sculina descendentibus ab eodem mori contigerit ad pre-
fatum Dominum Marchionem Moravie de bonis suis
in Wratislaviensi Noviforensi Namslaviensi Franken-
steinensi Glogoviensi Stynaviensi et Gorensi Distric-
tibus et in aliis Terris Corone et Regno Boëmie
utili Dominio et immediate subjectis tanquam
ad principalem patronum; de terra vero et Oppi-
do Grotkoviensi et ejus pertinentiis tanquam ad
verum legitimum ordinarium hereditarium et na-
turalem Dominum nostrum Boëmie Regem et
ad neminem alium fide devocione Homagio sub-
jectione et obedientia volumus habere Respectum:
Et ei tunc tanquam Regi Boëmie vero legitimo
ordinario hereditario et naturali Domino nostro,
Nos quidem Episcopus supra dictus velut Prin-
ceps nos vero Prepositus et Capitulum prefati
velut subditi et devoti Regni et Corone Bo-
ëmie fidelitatis devocionis Obedientie subjec-
tionis et Homagii prestare et facere debi-
ta et solita Juramenta; Presentium sub
appensis Sigillis Testimonio Litterarum Datum
Wratislavie Anno Domini MCCCLIX. Feria VI.
proxima post diem S. Dorothee Virginis.

Memorie Novercatur Oblivio, et longinquitate tempo=ris gestorum series obscuratur: nisi vivacibus literarum indiciis ad posteros propagetur. Quod igitur in remis=sionem peccatorum humili devotionis affectu partiui, huic pagelle ad notitiam tam presentium quam fu=turorum transferendum commisi. Ego Heinricus Dux Slesie filius Ducis Boleslai pro salute ani=marum patris, matris, et mee, Ceterorumque ca=rorum meorum in Trebnitz ad honorem DEI et Beati Bartholomei Apostoli Monasterium fundavi. Et eidem Monasterio ad usum famularum DEI inibi DEO jugiter obsequentium, ipsum predium meum Treb=nizense cum omnibus pertinentiis suis plenarie donavi: Ecclesia et in eodem predio in honorem sancti Petri constructa, cujus patronatus mihi juris est, auctoritate patris nostri Episcopi Cypriani Universitatisque collegii Vratislaviens: Canonicorum, cum omnibus ergo suis Juribus sicut et universo Decimarum proventu ad prefatam Ecclesiam

/.

./.
pertinentium memorato Beati Bartholomaei monasterio
Unanimiter est collata. Et omnibus liquido constet,
Quod inter terminos subscriptas quedam Ville pre-
dio Trebnizensi commutationis, quedam emptionis,
quedam donationis titulo accesserunt; Wgrinovo hac
ratione limitibus predii Trebnizensis ambitum est,
quia homines quorum illa Villa quondam fuit, Na-
rochnici et Domino terre servitutis obnoxii fue-
runt, quia causam Dominus Leonhardus ipsam
dixit esse suam, benignitate magis quam Stricto
jure, Cum ipso hoc modo egi; Villam quam dicunt
Lazcovici et villam de Kamene, quas nunquam
tempore Patris mei potuit obtinere nomine com-
mutationis ei contuli, et Leonardus cum gratia-
rum actione Wgrinovo Sancto Bartholomeo con-
cessit, nihil sibi juris in eo vendicans. Marti-
novo pater meus a Stephano Martini filio per
Villam juxta Lozin sitam, nomine Bliznivo
commutavit. Ville que dicitur Clissovo a Mar-
tino Borisch XII. Marcis argenteis partem comparavi
Aliam partem filii Theodori et filii Stephani,
et ceteri ipsorum contribules probato suam esse
coram me et Baronibus meis Beato Bartholomeo
./.

/.
contulerunt. Tertiam ejusdem Villae partem a Mona=
chis de Lubens conferens eis commutationis nomine
Stuchcovo ditam supra Kori commutavi. Particulam
dicte Ville quam sibi Bagdanus Prespiter pertinere
dicebat, licet in figura juditii eam adipisci non
valuisset, tamen omnem requisitionis speciem ei et po=
steris ejus prescindens, ipsum IIII. marcar. placavi.
Reliquam partem de eidem Clissovo, quam Predzlaus
ab haeredibus emerat, dans ei sortem de Naroch=
nigh de Lubus, titulo commutationis adeptus
predio Trebnizensi adjunxi. Rozerovo congrega=
tioni Ecclesie Sancte Marie in Vratislavo conferens
in Chinchia, quae sub patre meo penitus perdi=
derat, nec ullatenus adipisci poterat, eam cum
multa prefati collegii pace sub commutationis
contractu obtinui, et limitibus Trebnizensibus
inclusi. In Mazlech autem partem quam
habuit in mea recepi. Et ob hoc tam predic=
tam Chinchiam, quam alias Villas ejusdem colle=
gii, quae ex magna parte perdite fuerunt, me=
lioravi et signis roboravi. Apud filium Brictii
Circuitum Villae ejus per Villam nomine Legchen
commutavi. Aliam partem ejus quam emerat
/.

./.

Nicolaus Gregorii filius per commutationem dans ei Gorenzlave: et quandam sortem, cum ejus consensu obtinui: Decano et Benico pro parte Ville Zülich lauich quam eidem ambitui inclusi, dedi commutationis nomine Villam apud Sorau et Villam Beati Vincentii dictam Opatavo, loco ejus et loco Zuentech quam mihi retinui. Sancto Vincentio tribui Villam juxta Labotisch quae dicitur Knexnichi, que diu perdita nec poterat de iure requiri, et unam sortem mei camerarii et partem ville Falconariorum in Vratislaw quam Joseph Judeus habuit. Tradidi etiam Beato Vincentio mensam carnificii in Constomloc mihi spectantem Ne itaque studio quispiam malignitatis, integritati predii Trebnizensis derogare temere moliatur, totum praefactum predium in Circuitu aggerum erectione et arborum significatione limitare curavi. Ad abundationis autem Cautele providentiam, ne quis ullis temporibus terminos corrumpere et limitibus subdole iniquitatis irrogare machinetur imposterum, et ambitu Trebnizensi lapides apicibus mei nominis insculptos ad controversiam si quale terminis fuerit, reprimendam, caute terre infodi praecepi.

./.

/. Primus situs est ubi rivulus oritur, inter quercus et Villam que dicitur Zulit Zlavich, et ad eandem Villam directe currens alii rivo qui eidem Ville proximus est illabitur: Secundus ubi oritur rivulus qui eandem Villam proxime a Dextris habet. Tertius ubi villa Michaelis et Villa Episcopalis et Rassovo se contingunt. Quartus ubi Villae Episcopi Abbatis, Rassovo se contingunt. Quintus ad ortum fluvii qui Vesna vocatur. Sextus ad ortum rivuli juxta Bachotino. Septimus ubi Villae Potrockovichi, Minichi, Wgrinovo ad eundem copulantur terminum. Octavus ubi oritur fluvius nomine Desnicha, Nonus ubi Biscupichi, Covale, Malchow conveniunt. Decimus inter Rozerovichi et Repotovichi ad rivulum. Undecimus inter Biscupichi et Rozerovo ad fluvium nomine Chadchaia. Duodecimus ad ortum rivi dicti nomine Nacolina. Tertius Decimus inter Domanovichi et Villam que fuit Briccii ad fluvium nomine Sennicha. Quartus decimus in Gorni ad fluvium nomine Lubsa, inter Domanovichi et Stichovichi.

/.

./.

Quintus decimus ad ortum fluvii qui vocatur gunicha, inter Golendinovo et Stichonichi. Sextus decimus inter pratum quod Lubanovo nomen habet et Golendinovo. Decimus septimus inter Golendinovo, et Sulizlinchi et Zudacovo. Decimas autem de tota terra que intra Limitos prescriptos continetur, Ecclesie Beati Bartholomei ex integro in frugibus debetur, De quibusdam Villis in ambitu constitutis ratione prioris iuris, quo Beato Petro solvebatur de quibusdam donatione Episcopi. Sicut de Malussino Rassovo, et de parte Bochocino, quia de Malussino Cyprianus Episcopus dedit Sancto Bartholomeo Decimam, Benico Decano qui eam tenuit. De Rassovo vero de parte Brochocino, idem dedit ibidem decimam Magistro Ottone, cujus prabende spectabat, consentiente. Et ei loco ipsi Decime dedit Kovale et Villam Zuancossi, quod pertinuit Bernardi praebende. Bernardus autem recepit pro his et pro mediatate mar. ab Episcopo Zcorinsche ecla Legnitz. Posterorum notitiis non sublateat. Quod forum quod quondam in Trebnitz fuit, Avus meus ob remedium anime sue ad utilitatem Canonicorum Vratislaviensium in Czirguitz transtulit, quod longis

./.

/. temporum spaciis ab Avo meo et patre meo ratum permansit, quod et ego approbo. Verum quia res exigit, ut Monasterium Beati Bartholomei propter familiares necessitates forum aliquantisper habeat in Vicino favore Episcopi Cypriani, et omnium canonicorum consensu, forum in Trebnitz sine ulla diminutione census Czirgiucensis fori, statui. Quia vero plebs per plura fora divisa minor est ad singula presuma quod forum Trebnizense foro Canonicorum propter nimiam Vicinitatem occasionem, detrimenti valeat irrogare quod ne fiat, ut Canonicis redituum salva semper maneat suorum integritas VII. marcis argenti in telonio provenientibus annuatim diminutionis suspitionem resarcivi, Quod Episcopi Cypriani et communi Canonicorum assensu firmatum et approbatum est. Cetera Monetarius de tabernis, que sunt vel erunt in Trebnicensi Circuitu, nullum magis emolumentum speret, Quia numero marcarum in summam redacto, de singulis marcis singulos scotos accipiat. Similiter de Carnificibus. Inter abjectionem vero veteris, et nove assumptionem monete, Monetarius ibi habeat jus sal vendendi, sicut et in aliis locis, nullis opificibus res suas vendentibus inferens gravamen. Omnes autem homines circuitus predicti Cultores /.

/:
Vinee, pro omnibus operibus meis tenentur operari in Trebnitz sex septimanis scilicet post octavam pasche duabus, post octavas Pentecostes duabus, ante festum S. Martini duabus. In aestate quili=bet metere debet V. capetia, secare plaustratas fo=ni in pratis Monasterii. In itinere Ducis duos currus et duos custodes dare tenentur. Item non ju=dicentur, nisi a proprio Judice. Quod si grandis emer=serit causa, in presentia principis vel Castellani Vratislavu: Hec de ambitu Trebnitzensi. Hocque robur perpetue firmitatis obtinere volo, quod predicto Monasterio emolumentum taberne de Biruecknizg in Vratislau dono. De singulis aliis Vratislaviensibus tabernis ad me spectantibus XX denarios ad hebdomadam dierum, similiter de Krazensibus cum vigore stabilitatis assigno. Preterea aliud predium quod Cotovichi dicitur memorato contuli Monasterio cum hominibus, quod etiam totum in circuitu certis limitibus co=munivi, ibidem lacum et clausuram pro captura Piscium ad usum DEI famularum dedi. Debent autem eis Piscatores dare qualibet quarta feria veru piscibus honoratum quod mech vulgo sonat /.

similiter sexta feria. Sabbatho vero dimidium. Et ut eidem Ville homines capiendis piscibus et aliis Monasterii utilitatibus expeditius possint insistere, ipsos ab omni taxatione publica et ab omni operam meorum angaria immunes esse decrevi: hoc duntaxat excepto, quod si me juxta transire contigerit, duo plaustra dent et duos custodes. Conductum etiam nisi cum homines nobilium non ducant, tam isti quoque Trebnizenses et ad Trebnitz spectantes. Istius quoque Circuitus decimam memoratus Episcopus Sancto Bartholomaeo tribuit, consentiente Lamperto Canonico, cujus prebende pertinuit, data sibi commutatione totius Villae Minich, cujus pars media prebende Bernardi, media Beato Petro in Trebnitz spectabat. Bernhardus autem tam pro sua parte de Minüch, quam pro supradicta Kovale et Villa Zuantossi Zeorniche in Legnitz ab Episcopo Cypriano in comcambio recepit. Dedi insuper Beato Bartholomaeo villam Ozorovizch, et ipse illam circuivi, et cum

./.

Decime pertinerent Parochie in Legnitz Beate Marie. Et Cyprianus Episcopus ut eam in Trebnitz daret, vellet totidem aratris quod ibi erant com= mutare; Clemens plebanus illius Ecclesie me pre= cibus evicit, ut cum Radack milite de villa sua Chinino dans sibi aliam pro ea facerem concam= bium, et praefatum Chinino, ubi propter re= cessum hominum ejusdem Clementis decima penitus deperierat, hominibus replerem, lau= dans hoc facto cedere Decime de Ozorovich et commutationi ejus quam Episcopus ei offe= rebat renuncians. Quod ut facere promis= sem prout et feci, idem Clemens gratum habens, prefatum Decime et commutationi ejus Episcopo laudante renunciavit. Episcopus autem Cyprianus approbans quod suo con= sensu Ego et prefatus Clemens egimus, De= cimam de Zorovich perpetualiter attitula= vit Eccle Trebnizensi. Preterea petitione fi= liorum Petri Foelicii Bogumiti, et Mlodey- -- -- yaxony, reddidi eis Villam sitam ./.

./.

in montibus nomine Pirzniche, et ipsi ob hac cum suis consanguineis dederunt pro anima predicti Avi sui Sancto Bartholomaeo Villam in Campo Zlesie yaxanovo dictam. Hoc pacto ut relicta yaxony Avi eorum usum ejus quoad Vixerit habeat; Sed eo moriente ad S. Bartholomaeum ex integro devoluatur. Hujus rei testes sunt: Cyprianus Episcopus Vratislaviensis. Gerardus Abbas S. Vincentii. Conradus Abbas Lubens. Benicus Decanus: Martinus Cancellarius et Magister Egidius Archidiaconus. Foelix Mathias Baldivinus: Paulus Pribizlaus Martinus Fridericus Bernhardus Egidius de Vratislavia Franco. Laurentius Albus Vratislaviensis Canonici Baroneus Zicoxlaus debiton. Andrey de Glagow Zobeslaus de Bardo. Hancker de Bobeslauitz Stephanus de Lignitz, Chastobor de Zadoul. Vicislaus de Grosten.: Hi sunt Castellani. Potr subsamerarius, Zobezlaus Unem et frater ejus. Stepannad et filius Budivoy Venemiw frater ejus Zawzlaus Dapifer. Predzlaus Pincerna, Otezlaus Ozemo. Pribizlaus agazo, Jndrich lictor: Voytech de uchi: Nicolay Bedrichovich, Janus Janichow: Dobgest Gaulou Moyieck moyekou. Jndrich Kernch. qui tunc supervenerat Jndrich Borinzlaach. Dubrogrosz Ven-

./.

·/·

mirow. Predzlaus Jan fratres ejus. Actum est hoc in Scapin ante Ecclesiam Beati Nicolai, in Vigilia Apostolorum Petri et Pauli. Babambergensi electo Dno *Egberto et patruo suo praeposito Neppone tunc mecum, existentibus, Stoysa Stoycow una cum Uxore dedit se et omnia sua cum parte Villae quae eum contingit, Beato Bartholomaeo hac ratione idem si vel ipse pre me moriatur vel ipsa superstes eorum statim cum tota suba at praedictum locum transeat. Sciant autem praesentes et futuri, quod omnia saepedicto Claustro collata et DEO praestante in futurum conferenda Dominus Cyprianus Episcopus Vratislaviensis cum Universo suorum collegio Canonicorum in Octava Epiphaniae sanctimonialibus in praelibatum locum introductis, cereis in terram projectis, extinctis, sub paena districti anathematis confirmavit, Venerabilis et pater Dominus Heinricus Gnezdensis Archiepiscopus, proxime post hoc in festo Beati Vincentii Diaconi, casu Vratislau superveniens, memoratam confirma-

·/·

/.

tionem Episcopi Cypriani et anathema, accensis cereis et extinctis nihilominus iteravit. Si quis vero ductis temeraria praesumptione supra memorata irritare, aut quoquemodo violare praesumpserit. Damnabilis excommunicationis sententiam in se merito excipiens indignationem et iram DEI et Beatorum Bartholomei et Adalberti indubitanter incurret. In nomine Domini Gesta et instituta sunt Anno ab incarnatione Domini MCCIII. Ducatus mei secundo.

In nomine sancte Trinitatis, et individue Unitatis Amen. Cum longinquitate Temporis, gestorum series obscuratur, nisi vivacibus literis perhennetur. Igitur Henricus DEI Gratia et Beati Joannis, Patrisque mei Boleslai Ducis gratia: Slesie Dux: In remissionem Peccatorum meorum, et pro salute animarum Patris et matris, et omnium Parentum meorum, omniumque Christianorum, Ad honorem DEI sancteque Mariae semper Virginis, et Beati Bartholomei apostoli: Villam meam Budkow dictam, sitam in districtu Stinaviensi ad Ducatum pertinens, tam in spiritualibus quam in temporalibus, cum omni libertate et Utilitatibus universis ad ipsam spectantibus secundum quod in metis ejusdem ville Budkow sunt circumferentialiter limitata, Videlicet Agris cultis et incultis, Patris Pascuis, Sylvis, Rubetis, Sylvarumque Utilitatibus, Miricis, Pinetis, cum apibus et mellefitiis, cum

./.

feris et ferarum venationibus, Cum aquis et aquarum de-
cursibus et Piscatoribus liberis, qui in Odera libere pi-
scari valeant, Juxta terminos granitiarum et quiete
cum censibus Jurisdictionibus et Universis servitiis.
Monasterio Trebnicensi, Quod ego ipse fundavi, ple-
narie donavi, et contuli Monialibus inibi DEO famu-
lantibus Cystertiensis Ordinis, et fratribus eis ser-
vientibus, Usibus earum in Perpetuum profutura.
Decerno ut singuli proventus villae jam dictae,
cedant in Vestitum Dominarum seu Monia-
lium in Trebnicia. Volo etiam ut Schultetus
cum Villanis predicte Ville coram Castellano ista-
ti, non respondeant, nec ad aedificationem Ca-
strorum debeant adjuvare. Et ab omni expe-
ditione sint immunes; Nullus Judex Judicium
habere debet, nisi Procuratores Beati Bartho-
lomei in Trebnitzia. Scultetus vero Mandatis
abbatissae tenebitur obedire. Statuo etenim
et ab universis meis progenitoribus volo obser-
vari aeternaliter, ut Scultetus Villae nomina-
tae suam sculletiam suscipiat a Monasterio
Trebnicensi. Incolae vero ab omni exatione
petitione, collecta sine adduce auxilio permane-

./.

231

./.

bunt extempti Ita quod Powoz. Przewoz. Narzez, Lesne eadem Villa debent cessare in perpetuum. Sed pro sustentatione earundem Monialium et fratrum ipsis servientium integra conservantur Rogo igitur Universos Christi fideles et firmiter interdico, ne quis unquam huc nostrae tam solenni Donatio- ni temere audeat contraire. Qui secus fecerit Precor Deum Omnipotemtem et memorati loci Patronos, ut quaecunque Persona sit ille vel illa, plaga terribili et insonabili a planta pedis usque ad verticem feriatur. Includo insuper quod nemo de bonis praenarratis quidquam auffe- rat per vim vel quolibet ex casu, Quia abla- tio quamdiu tenuerit, nisi restituerit, nul- lum Vigorem habebit possidendam. In testi- nonium aeternam Omnium Premissorum pre- sentem Chartam scribi mandavi, Sigilli mei munimine roboratam. Actum in Stinavia, quinto ydus Julii. Anno ab incarnatione Do- mini M. CC. VII. Testes hy sunt Gelhardus Ca- stellanus Glogoviae, Nenckerus Castellanus Büthomiensis Petrus Castellanus de Bardo.

./.

./.

Stephanus Castellanus de Legnitz Stephanus Castellanus Saganensis. Et alii quam plures fidei digni vocati in Testimonium premissorum. Datum per Laurentium Canonicum Vratislaviensem Notarium Curiae meae, Quia me praesentia habuit in commissa.

Longinquitate temporis gestorum series obscu=ratur nisi vivacibus literis perhennetur. Ego igitur Henricus Dei et Beati Johannis Patrisque mei Boleslai Ducis gratia, Zlesiae Dux: in re=missionem peccatorum meorum et pro salute animarum patris et Matris et omnium Paren=tum meorum omniumque Christianorum ad honorem DEI, sanctaeque Mariae semper Vir=ginis et Beati Bartholomei Apostoli in Tre=bnitz Monasterium fundavi, et praedium Tre=bnizense cum Baronibus meis, pro ut mihi De=us inspiravit, circuivi, et quidquid mihi juris fuit in illo circuitu, scilicet ad Ducatum spec=tans, tam in spiritualibus quam temporali=bus, illi Monasterio plenarie contuli; Pri=mum Capellam meam Sancti Petri cum omni=bus suis pertinentiis et omnes Villas meas in ambitu constitutas, illuc dedi. Alias

./.

⁒.
vero quae fuerunt Ecclesiasticae et Clericorum
haereditarie vel militum acquisivi, commutatione
emptione vel donatione. Ecclesiasticas tantum
commutatione Clericorum vel Militum quasdam
commutatione quasdam emptione et quaedam
a militibus pro DEI sunt amore donatae sicut
inferius patebit. Villa Vangrzinovo taliter
est acquisita: homines quorum haec quondam
fuit Villa, Narochnici Lubusenses fuerunt;
Quia Dominus Leonardus eam requirebat be-
nignitate magis quam rigore juris cum ipso hoc
modo transegi. Villam nomine Lazcovice et
Villam de Kamene, quas nunquam tempore pa-
tris mei de jure potuit obtinere, nomine com-
mutationis ei contuli, et ipse cum gratiarum ac-
tione de Wangrinowo Sancto Bartholomaeo cessit.
Martinovo Pater meus a Stephano filio Marti-
ni per Villam prope Lozzin sitam, nomine
Blizocino commutavit. Tunc cum Stephanus
Slesiam exivisset, Pater meus eam Comiti
Beroni contulit. Sed postmodum praedictus
Stephanus veniens, eam a Karolo filio Bero//
⁒.

./.
nis evicit. Et ego misertus Karoli, Juvi eum, ut ipsum a Stephano redimeret, quam XIIII marcis redemit, et quod nunquam eam de Caetero rehabere possit, Jussus est prout moris est, haustum aquae ebibere. Sed ego parcens verecundiae suae praecepi ei in Cypho argenteo meo=nem propinari, et ebibit coram me et meis Baronibus, contra se in testimonium. De Villa Klizzovo partem a Martino Borischich XII. marcis argenti comparavi. Aliam partem filii Theodori et Stephani et cognati eorum eviçtam coram me et meis Baronibus Beato Bartholomeo contulerunt. Tertiam eidem Villae partem cum Decima a Monachis de Lubens, conferens eis per commutationem Stucechovo sitam supra Kori, commutavi. Particulam praedictae Villae, quam sibi Bazdanus Praesbiter pertinere dicebat, licet ea a patre meo et suis Baronibus in jure fuisset adjudicatus, et coram me eam nunquam de jure retinere potuisset, tamen ut nullam quaerelam idem, vel sua posteritas
./.

./.

habere posset, ipsum IIII. marcis placavi, quas cum bona voluntate acceptavit, Quintam partem ejusdem Klizzovo, quae Zancirovo nuncupatur, quam Bradizlaus filius Prozimiri ab haeredibus emerat, dans ei Villam quae Britovo dicitur. Narochinconum de Lubens commutavi. Rozerovo cum Decima a congregatione Sanctae Mariae in Vratislau commutavi, dans ei ad Tinich partem de Milino: Flexus multa prece ipsorum, quam sub patre meo in Judicio perdiderant, nec poterant de jure requirere, mihi recepi pro eodem sorte in Madzlech. Et ut eorum meliorarem commutationem causa precis et orationis eorundem: Goream etiam cum meis Baronibus circuivi, et addidi eis Villam nomine Kneynici, et plura quam promiserim. Insuper in Badisson, quicquid de jure perdiderat Ecclesia Sanctae Mariae, reddidi Domino Alardo Abbati, committens fidei suae, ut ipse reciperet ibi, quicquid videretur ei fuisse aliquando Ecclesiae suae, sive justa sive non. Et ipse pro beneplacito suo recepit quantum fuit ei visum. Ad haec etiam Curiam dedi ei in foro Vratislaviensi pro

./.

./.
Decima de Riazerovo. Apud Johannem filium Bricii Circuitum Villae ejus per Villam nomine Legche commutavi. Partem ejus a Nicolao filio Gregorii, quam emerat, et quae Nicolayovo vocabatur, commutavi, dans ei Villam prope Vesnam nomine Gozerlave et sortem mei Pistoris ibidem, Item apud Benicum Decanum Vratislaviensem, cum consensu Domini Cypriani Episcopi et Canonicorum commutavi partem Villae Zulichlavich et dedi ei sortem nomine Sorau, et sortem ibidem Opacovo dictam, et pro eodem Opacovo quod dedi Sancto Johanni et pro Villa quae vocatur Zuentrech, quam ad Ducatum recepi, dedi Beato Vincentio Villam juxta Zobisch, quae dicitur Kneynici, quae diu perdita non poterat de jure requiri, et sortem Camerarii mei Vissote et Villam Falconariorum in Vratislau, quam Judaei Joseph et Thazkel habuerunt. Super addidi etiam Beato Vincentio mensam Carnificii in Cozcondol, quae mihi spectabat. Ne itaque quispiam praedictas Villas in Trebnitz quas dedi, possit evincere, omnes univ

./.

./.

et tempore bonae memoriae Cypriani Episcopi cum meis Baronibus ambivi et signis munivi. Tota autem decima quae in ambitu totaliter continetur, ex integro est Beati Bartholomaei, In quibusdam Villis ratione sancti Petri Capellae: In quibusdam donatione Episcopi Cypriani, sicut in Malussino, Rassovo et in parte Brachocino: Quia in Malussino dedit Decimam Cyprianus Episcopus Beato Bartholomaeo Benico Decano annuente, qui ipsam tenuit. De Rassovo autem et de parte Brochocino, idem dedit ibidem Decimam Magistro Odone cui spectabat, consentiente: Et ei loco ipsius Decimae dedit Korale et Villam Zuantorch, quae erunt Bernardi prebendae. Bernardus vero pro his duabus et pro medietate Villae Miniz ab Eodem Episcopo Zkorinice juxta Legnitz recepit. Sciant autem universi, quod forum quod quondam in Trebnitz fuit, Avus meus ob remedium animae suae ad utilitatem Canonicorum transtulit in Czirguitz, quod longis temporum spaciis permansit, quod ego approbo. Verum quia necessarium est Beati Bartholomei Monasterio

./.

/.
forum aliquantisper habere in Vitcino, favore Domini Epi=
scopi Cypriani, et omnium Canonicorum, forum in Treb=
nitz, sine diminutione Czirguicensis census statui, et
quia plebs per fora divisa minor est ad singula,
praesumo quod forum Trebnitzense foro Canonico=
rum propter nimiam vicinitatem detrimentum
valeat irrogare, quod ne fiat, Canonicis VII. marcis
argenti in Wratislaviensi Thelonio, provenientibus
diminutionis suspicionem resarcivi, quod tam meo
quam Episcopi Cypriani et omnium Canonicorum
assensu firmatum est. Caeterum Monetarius de
tabernis, quot sunt vel erunt in ambitu Trebni=
zensi nec plus habeat per annum quam toti=
dem scotos, quod marcae fuerunt, projectis ta=
men de more denariis, similiter de Carnificibus
in revocatione monetae Monetarius ibi habeat
jus sal vendendi sicut in aliis locis nullis opi=
ficibus res suas vendentibus dans gomote. Et=
sciendum quod Tabernas in foro Trebnizensi sitas
et Tabernam in Vratislau de Kirvecknick de=
di duabus sororibus ad Vestes. De singulis
vero Vratislaviensibus Tabernis ad me spectanti=
bus A. de Urazensibus dedi eisdem singulis
/.

testimoniis XX. denarios ad pisces. Item in itinere meo de toto circuitu tenentur Trebnizenses mihi duos Cur-
rus et duos Custodes dare, et conductum praebeant militari. Non judicentur nisi a suo judice sed si grandis emerserit causa, coram me vel Castellano Vratislaviensi. Et ubicunque judicentur, Claustro suo dent adjutorium, praeter hoc quod Judici spec-
tat, quod treschne dicitur. Contuli quoque Beato Bartholomeo Villam nomine Kotovici cum hominibus, et cum omni quod illic Circuivi. De eodem etiam ambitu duos Currus et duos Custodes habere debeo in Transitu et ipsi conductum ducant more nobilium. Hujus quoque Circuitus Decimam dedit Dominus Episcopus Cypri-
anus Beato Bartholomeo, consentiente Lampar-
do Canonico, cujus prebendae pertinuit, data sibi commutatione totius Villae, Minich, cujus pars me-
dia spectabat prebendae Bernardi, media urro Beato Petro in Trebnitz. Dedi etiam Villam no-
mine Ozorovicae, et ipse eam circuivi. Et cum modo pertineret Decima Parochiae D. Mariae in Legnitz. Cyprianus Episcopus ut eam in Treb-
nitz daret, voluisset totidem aratris quod ibi

/.

./.

erant commutare. Clemens plebanus illius Ecclesiae me precibus evicit: Ut cum Radack Milite de Villa sua Chinino, dans aliam pro ea sibi facerem concambium, et praefatum Chinino, ubi propter recessum hominum Clementis Decima penitus perierat, hominibus replerem laudans hoc pacto cedere Decimae de Ozorovich, et commutationi oblare ab Episcopo, quod priusquam feci, Ipse Clemens praefatae Decimae penitus renunciavit. Episcopus vero Cyprianus factum nostrum approbans Decimam de Ozorovich perpetualiter assignavit conventui Trebnizcensi. Praeterea Dominus Cyprianus Episcopus cum consensu Canonicorum contulit congregationi Trebnicensi Decimas ad Zcinau et ad Scobin pertinentes, quam collationem sigillo suo roboravit. Dominus etiam Papa Innocentius III. privilegio suo hoc confirmavit. Similiter Dominus Henricus Archiepiscopus Gneznensis. Sciant autem praesentes et futuri quod omnia sepedicto Claustro collata et DEO praestante in futurum conferenda: Dominus Cyprianus Episcopus cum suorum Collegio Canonicorum in Octava Epiphaniae Ducatus mei Anno II. et Episcopatus sui etiam II. Sanctimonialibus in praelibatum locum

./.

./.
introductis, caereis in terram jactis et extinctis sub
paena districti Anathematis confirmavit, Venerabilis
insuper Archiepiscopus Gnezdensis Dominus Heinricus
proxime post hoc in festo Beati Vincentii, casu
aliter superveniens Vratislau memorati Episcopi
confirmationem et Anathema cum eo pariter coram
omnibus Canonicis et multo populo in superiori Choro
Ecclesiae, accensis et extinctis caereis nihilominus inno-
vavit. Acta sunt haec Anno ab incarnatione Domi-
ni M. CC. III. Procedente tempore Laurentio Episcopo exi-
stente rogatu Sanctimonialium et multorum ho-
minum inductus consilio, et quia mihi videbatur com-
petentius, Ut firmioribus et manifestioribus si-
nis ambitus Trebnicensis terminaretur. Illam sor-
tem quae dicitur sorau, quam prius Benico De-
cano pro parte Zulitzlich dederam, et aliam
partem de eodem Zülizlich cum decima quae ad rivu-
lum qui dicitur Vischava remanserat a memorato E-
piscopo cum consensu sui Capituli commutavi, dans
Beato Bartholomeo usque ad praenominatum rivulum
Vischavam, qui tunc villam Zulicrlich disterminat,
Beato vero Johanni pro hoc dedi villam contermi-
nam Crirguitz, quae fuit Comitis Andreae Ranz-
./.

./.

Ry. Sed de voluntate ipsius data Bartholomeo cum duabus filiabus fratris sui Visezlai. Dedi etiam ei Borzechovo Zedlische et prata circumjacentia. Praeterea dedi eidem bonam partem terrae ad Zirguitz usque ad aquam quae dicitur Zucha, quae erat a Comite Berone sub Patre meo et ab Ozrada ad Zavon addita, nec pote-rat requiri de jure, Praeterea pro duobus agris, quos tempore Domini Cypriani Episcopi juxta Bozerovo in errore pertransieramus, dedi sancto Johanni magnum agrum meorum hominum Birzan juxta Zucham, qui similiter ad Savon ablatus erat. Et addidi eidem ad Pilzech meorum agazonum, quae dicitur Kosanovo, et agros meorum Hortulanorum, et sor-tem mei moledinarii cum Molendino, et ultra Ta-bernam aliquot agros. Et Langultra Curiam Epi-scopi, inter Oderam et Lacum ejus sitam. Insu-per contuli Domino Laurentio Episcopo et homi-nibus ejus de Pilzech usum querceti, tam in glan-de, quam in Lignis aridis sine substantiali detri-mento circuivi. Dedi quoque ei molendinum juxta sanctum Petrum in Legnitz, et in Scrobus duos homines stanum et nozalam fratrem ejus cum pueris et Villa eorum. Insuper cum Wilc-

./.

1/ et Heinrico fratre ejus filiis Michaelis Cambivi Panglovo,
cujus partem ad rivulum dedi Beato Bartholomeo, Reli-
quam extra rivulum dedi Magistro Jacobo, Lapicidae.
Et ipsis pro Panglovo dedi Domanicovo, quod dicitur
Gorka in Proventria de Nenchi juxta villam eorum,
Item apud Johannem Cantorem et fratres ejus Do-
minum Egidium et Petrconem inclitem, et Nicolaum
nepotem eorum cambivi Benicovo, dans Cantori
Villam in Vidua, de qua deduxi meos hortulanos
et Camerarios. Et Domino Egidio dedi Raprocho-
vo de gratia quod nullo iure requirere potuit,
et hoc acceptavi pro parte una, et marcas argen-
ti quinque addidi sibi. Villam vero quae dicitur In-
drichovo, quam pater meus dederat Janisso fi-
lio Galli Capellano suo et post mortem ipsius
et filii sui, Ego dederam Villam praedictam
et Villae alterius juxta Lausitae, Janissi par-
tem filiabus ejus duabus, quae postmodum
Sanctimoniales factae, se ipsas et Villas Bea-
to Bartholomeo contulerunt, rogatu et consen-
Trebnicensis conventus dedi Petroconi et Nico-
lao, pro parte haereditatis eorum. Post modum
Cambium cum domino Cypriano Episcopo in-

./.
ceptum, sed eo morte praevento, cum successore ejus Domino Laurentio Episcopo, cum consensu Capituli sui feci, De parte Villae Episcopi, quam Dobrogost habuit, dans ei partem hominum meorum Villae Zlaviconis et fratrum suorum, quae est ultra rivulum nomine Chachea, et partem Villae Episcopi, quae est citra rivulum pronominatum, Dedi hominibus meis Zlavicow, et fratribus ejus, et ipsos cum eadem Villa dedi Beato Bartholomeo. Et idem pro Janichovo, quod tempore Cypriani cambieram. Sed limitibus Trebnicensibus tempore Domini Laurentii Episcopi inclusi, cum consensu Capituli Vratislaviensi dedi Beato Johanni Villam nomine Urcimovo, quae est juxta Operovo, Et Domino Egidio de Urar rogatu suo pro decima de xanichovo, indulsi ponere tabernam, juxta Villam Operovo quam Beato Johanni contuli, pro anima Patris mei et refectione anniversaria quam pro illo constitui, Item Paulo Canonico Vratislaviensi filio Johannis pro villa sua quae Paulovo dicitur, ad multiplicos praeces ejus dedi partem Villae quae dicitur Mocressovo, sitam inter Lesnich et
./.

./.
Pilavam. Et sciendum quod Villarum quas secunda cir-
cuitione ambitu Trebnicensi inclusi. Dominus Lauren-
tius Episcopus Decimas si quae prius non spectabant
cum Capituli sui consensu plenarie contulit, igr
totius ambitus Decimae tam a Domino Cypriano
quam ab ejus successore Laurentio plenarie Bea-
to Bartholomeo Collatae. Ego vero cum eodem Do-
mino Laurentio Episcopo et quibusdam Canonicis, et
cum meis Baronibus denuo circuiens ambitum
Trebnicense, munivi signis, scilicet aggerum
erectione et arborum signatione, sed cum haec
signa nihilominus sufficientia fuit visa, ad
majoris abundantiam cautelae, decrevi lapides no-
minis mei literis insculptos iuxta quosdam
aggeres ponere. Sunt autem haec loco in quibus
ti lapides suffossi sunt. Primus locus est ubi
oritur rivulus qui vocatur Vischava qui dividit
Trebnitz a reliqua parte Zulizlavich, Secun-
dus inter Villam Episcopi quae dicitur Nanoyovici
et Rassovici Nichalovici. Tertius inter Opacovici
Rassovo et Navoynoci. Quartus vero ubi oritur
rivulus Vesna inter Opacovici et Brochocino.
Quintus vero ubi oritur rivulus scilicet altera
./.

./.

pars Vesnae quae dividit Brochocino per medium: Sex-
tus in ortu rivuli qui dicitur Orzovi: Septimus inter
Machnici et Brochocino. Octavus vero ubi oritur
rivulus qui fluit per Panglou et idem disterm-
nat, usque ad alium qui fluit per Villam Beni-
covo: Idemque est signum usque ad locum in
quo Benivoro, Potrocavici Vangrinovo concurrunt.
Nonus in yazuini inter Petrcovici et Vangrinovo.
Decimus in via Urazensi inter Minici et Zua-
rocivi et Vangrinovo, Undecimus super rivulum
qui dicitur Deschnica inter Vangrinovo et Drossovo
et Zvaracovici. Duodecimus inter Drossovo et Zua-
racovici et Malchovo, Tertius decimus inter Zva-
racovici et Kovale et Malchovo; Quartus decimus
inter Kovale et Repocovici et Malchovo, Quintus
decimus inter Malchovo et Rapocovici et Kam-
parovo. Sextus decimus inter Kamparovo et Bi-
schovo et Roserovo, super rivulum qui in alium,
qui dicitur Charchea illabitur, et idem rivulus
est in signum usque ad Vadum, quod dicitur Lu-
berch, et hic inter Semirovo et Zrasici et
Domonovici et Paulovo. Decimus septimus super
rivulum qui dicitur Zennichae inter Brichovo

./.

et paulovo et Domanovici. Decimus Octavus apud Lobzoukop, inter Brizovo et Domanovici. Decimus Nonus ubi ———————————— super lupeam inter Stritcovici et Domanovici et Zaazechoicam super rivulum qui dicitur yunicka, et idem rivulus est in signum usque ad alium rivulum qui dicitur Vischava. Item Vischava est in signum usque ad ortum suum et ibi finit Circuitio. Omnia itaque sic in Trebniz disposita et ordinata vel honorem DEI et Beatae Mariae semper Virginis, Beatique Bartholomei Apostoli donari, sanctimonialibus et fratribus eis servientibus usibus earum in perpetuum profutura. Et sciendum quod imo hunc sanctimonialium Ordinem praelegi, quia cum Triplicis Ordinis in terra mea sint Claustra, ad quae Virilibus sexus confugere poterat et potest, pro salute animarum, Claustralis quietis refrigerium solummodo Sexui deerat muliebri. Sed modo in saepe memorata Claustra, per Dei misericordiam fragilitas muliebris habere potest confugium pro suorum expiatione Peccatorum. Rogo igitur universos et infirmiter interdico, ne quis unquam

./.

./.

aliquem Monachorum ordinem in praedictum Claustrum
inducere, praeter hunc sanctimonialium ordinem, mo=
liatur. Et quicunque secus fecerit, Precor Deum
Omnipotentem et memorati loci Patronos, Ut quae=
cunque Persona sit ille vel illa, plaga terribili
et insanabili a planta pedis usque ad Verticem
feriatur. Rogavi enim Dominum ~~Papam~~ Innocen=
tium III. ut id ipsum et omnia supra scripta, sub
horrendi Anathematis sententia, confirmaret. Et
Dominum Henricum Archiepiscopum Poloniae. Et Cy=
prianum Vratislaviensem Episcopum et ita fecerunt.

Haec autem Confirmatio et excommunicatio
Reverendi patris nostri Domini Henrici Archiepisco=
pi Poloniae. Ego Henricus, Dei et Beati Adalber=
ti gratia Poloniae Archiepiscopus Domini Henrici Du=
cis Slesiae de Claustro Trebnicensi institutionem,
et praesentis privilegii ------ confirmo. Et quae=
cunque Persona violaverit ipsius statutum, et hu=
jus privilegii, Auctoritate DEI Omnipotentis, et Bea=
torum Adalberti Petri Pauli et Bartholomei mei
et omnium sanctorum, et domini mei Innocentii Pa=
pae, et mea meorumque suffraganeorum, sit excommu=
nicata, et cum iniquis sine remedio, nisi resipiciat,
condemnetur. Haec est autem confirmatio et excommuni=

./.

1/.
catio Domini Laurentii Vratislaviensis Episcopi: Ego Laurentius miseratione Dei et Beati Johannis Vratislaviensis Episcopus, confirmo Domini mei Henrici Ducis Slesiae, de Claustro Trebnicensi et praesentis Privilegii statutum, et quaecunque Persona illud violaverit, nisi resipiscens plene emendaverit, auctoritate DEI Omnipotentis et Beati Johannes Baptistae sanctorumque Apostolorum Petri et Pauli et Bartholomei, et omnium sanctorum et Domini Papae, Dominique mei Archiepiscopi Gnezdensis, et potestate mihi tradita, omniumque conventuum Episcopatus mei, sit excommunicata, et cum Juda proditore Domini, qui se ipsum suspendit, et cum Dathan et Abiran, quos terra vivos absorbuit, habeat perhenniter portionem. Amen. Acta sunt haec anno ab incarnatione Domini Millesimo CC.VIII. Ducatus mei Anno VII. Archiepiscopatus Domini Henrici Anno IX. Episcopatus vero Domini Laurentii Anno primo.

In nomine Sanctae Trinitatis et individuae Unita=
tis. Amen. Acta praesentis temporis deperire
solent de facili, nisi scripturae praesidio et
testium adminiculo roborata fuerint, ad me=
moriam futurorum sempiternam, Igitur nos
Henricus DEI et Beati Johannis Patrisque
mei Boleslai Ducis gratia Slesiae Dux: In
remissionem peccatorum meorum, et pro salute
Animarum Patris et matris, et omnium Pa=
rentum meorum omniumque Christianorum
Ad honorem DEI sanctaeque Mariae Virginis
illibatae, et Beati Bartholomaei Apostoli:
Villam meam Cothowizi nominatam prope U=
raz positam, Cum omnibus ejusdem fructibus
Villae, et utilitatibus, solutionibus, exactionibus,
Povoz, Lessne, Narzas, et omnibus et sin=
gulis solutionibus quibuscunque vocentur Voca=
./.

./.

bulis de jure vel etiam consuetudine adinventis seu adinveniendis, et cum omni piscatura adiacenti eidem Villae, et cum omnibus limitibus et terminis, prout ego cum meis Baronibus, divina inspirante Clementia propria persona mea circuivi, et cum fluvio Odera jam dictam haereditatem attingente, et cum lacubus et Universis eorundem pisci-bus in illis, Et in fluvio Odra contentis, et cum omnibus sylvis et pratis ibidem. Cum Colla-tionibus videlicet, Ecclesia et Scultetia, nihil penitus juris neque Dominii in Circuitu bonorum supradictorum nobis et nostris progenitoribus re-servando: Incolae vero praetactae Villae Cotho-viz coram Castellano super causis singulis citati non respondebunt: sed coram procuratoribus Ec-clesiae Sancti Bartholomei Apostoli responde-re teneantur non dabunt Przemo de trebnitzia dam, nec sequentur vestigia animalium furtim ablatorum. Quam Villam superius cum omnibus suis usibus descriptam videlicet Cothovici, prout mihi divina indidit Clementia Monaste-rio in Trebniz Monialibus earumque fratribus

./.

243

./. inibidem DEO famulantibus ad refectorium nomine perpetui testamenti, contuli, dedi, et donavi in perpetuum quiete et pacifice possidendam. Qui vero huic meae donationi causa temerario contraire praesumserit, indignationem et favorem DEI Omnipotentis cum Dathan et Abyron super se noverit excitasse. In testimonium omnium praedictorum Chartam jussi scribi Sigilli mei munimine roboratam. Actum et Datum in Novo foro Quarto Idus Junii Anno Domini Millesimo CC. VIII. Testes hy sunt Gebhardus Castellanus Glogoviensis. Nenkerus Castellanus Buthomiensis. Petrus Castellanus de Bardo. Stephanus Castellanus Legnicensis Czanstoborius Castellanus de Landovy. Przibislaus Subcamerarius. Otheslaus de Stinau. Henricus Tribunus de Glogou: Artmannus Tribunus Buthomiensis. Bogumilis Venator Buthomiensis. Dirisko sup. Dapifer Czanstoborius Castellanus de Krossen. Misczizlau Boczeck Bogdanecz armiger. Dirscus filius Przibizlai, Peregrinus filius. Gothardi filius. Nanckerus Petri filius, Detercus magister Glogoviensis. Laurentius Canonicus Vratislaviensis et Protho-

./.

/. notarius Curiae. Et aliis multis qui huic Donationi interfuerunt est notorium et manifestum.—

824 244

Longinquitate temporum gestorum gestorum series obscu-
ratur, nisi vivacibus literis perrennetur: Ego igitur
Heinricus DEI et Beati Johannis patrisque mei Bo-
leslai ducis gratia Slesiae Dux: In remissionem pecca-
torum meorum et pro salute animarum Patris et Ma-
tris et omnium Parentum meorum, omnîcunque Christia-
norum, ad honorem Dei, sanctaeque Mariae semper
Virginis et Beati Bartholomaei Apostoli in Trebniz
Monasterium fundavi, et praedium Trebnizense cum Baro-
nibus meis, prout mihi Deus inspiravit, circuivi;
Et quicquid mei Juris fuit in illo circuitu, scilicet
ad Ducatum spectans tam in spiritualibus quam
temporalibus, Illi Monasterio plenarie contuli: Pri-
mum Capellam meam sancti Petri cum omni-
bus suis pertinentiis et omnes villas meas in
ambitu constitutas, illuc dedi. Alias vero quae fu-
erunt Ecclesiasticae et Clericorum hereditarie vel mi-
litum, acquisivi commutatione emptione vel dona-
tione. Ecclesiasticas tantum commutatione. Cleri-

./.

./.

corum vel Militum quasdam commutatione, quasdam emptione et quaedam a Militibus pro DEI sunt amore donatae, sicut inferius patebit. Villa Wangrzinovo taliter est acquisita: Homines quorum haec quondam fuit Villa Narochnici Lubussenses fuerunt. Quia tunc Dominus Leonhardus eam requirebat, benignitate magis quam rigore juris, cum ipso hoc modo transegi: Villam nomine Lazcovici et Villam de Kamene, quas nunquam tempore Patris mei de jure potuit obtinere, nomine commutationis ei contuli, et ipse cum gratiarum actione de Wangrzinovo sancto Bartholomaeo cessit, Martinovo, Pater meus a Stephano filio Martini per villam prope Lozzin sitam, nomine Blizocino commutavit. Tunc eidem Stephanus cum Slesiam exivisset, Pater meus eam comiti Beroni contulit, sed postmodum praedictus Stephanis veniens, eam a Karolo filio Beronis evicit. Et ego misertus Caroli, juvi eum ut ipsam a Stephano redimeret, quam XIIII. marcis redemit, et quod nunquam eam de caetero repetere posset, jussus est prout moris est, haustum aquae ebibere, sed ego parcens verecundiae suae, praecepi ei in Cipho argenteo medonem propinari, et ebibit coram me et meis Baronibus contra se in Testimonium. De Villa Bliz-

./.

zovo partem a Martino Borissich XII. marcis ar-
genti comparavi: Aliam partem filii Theodori et
Stephani et cognati eorum evictam coram me et
meis Baronibus. Beato Bartholomeo contulerunt. Ter-
tiam eidem Villae partem cum Decima a Mona-
chis de Lubens, conferens eis per commutationem Stu-
chovo dictam supra Kozi, commutavi: Particulam
praedictae Villae, quam sibi Bagdanus Presbyter per-
tinere dicebat, licet ea a patre meo et suis Baroni-
bus in Jure fuisset abjudicatus, et coram me eam
nunquam de jure retinere potuisset, tamen ut nulla-
querelam idem vel sua posteritas habere posset,
ipsum IIII. marcis placavi, quas cum bona volunta-
te acceptavit. Quintam partem ejusdem Klissovo
quae Zancirovo nuncupatur, quam Pritzlaus filius
Prozimiri ab haeredibus emerat, dans ei Villam
quae Brilovo dicitur, Narochniconum de Lubens,
commutavi. Rozerovo cum decima a congrega-
tione sanctae Mariae in Vratislau commutavi.
Rozerovo cum decima a congregatione sanctae
Mariae in Vratislau commutavi, dans eis ad
Tinich partem de Milino, flexus multa pre-
ce ipsorum, quam sub Patre meo in judicio per-
diderant, nec poterant de jure requirere, mihi
./.

./.
recepi pro eodem sortem in Mazlech, et ut eorum me-
liorem commutationem, causa precis et oracionis eorundem,
Gorcam eis cum meis Baronibus circuivi, et addidi eis
villam nomine Kneygnici, et plura quam promiserim.
Insuper in Budissou, quicquid de jure perdiderat Eccle-
sia Sanctae Mariae, reddidi Domino Alardo Abbati, com-
mittens fidei suae, ut ipse reciperet ibi, quicquid vide-
retur et fuisse aliquando Ecclesiae suae, sive juste
sive non. Et ipse pro beneplacito suo recepit quantum
ei fuit visum. Ad haec etiam curiam dedi ei in
foro Vratislaviensi pro Decima de Zozenovo. Apud Johan-
nem filium Brictii circuitum Villae ejus per Villam
nomine Legche, commutavi, Partem ejus a Nicolao
filio Gregorii quam emerat, et quae Nycolayovo voca-
batur, commutavi, dans ei Villam prope Vesnam nomi-
ne Golezave et sortem mei pistoris ibidem. Item
apud Bensicum Decanum Vratislaviensem cum consensu
Domini Cypriani Episcopi et Canonicorum commutavi
partem Villae Zulizlavich, et dedi ei sortem no-
mine Soraw et sortem ibidem Opacovo dictam, et
pro eodem Opacovo quod dedi Sancto Johanni, et
pro Villa quae vocatur Luentcech, quam ad Du-
catum recepi, dedi Beato Vincentio Villani juxta
./.

Zobisch, quae dicitur Kneynici, quae diu perditae, non poterat de jure requiri, et sortem Camerarii mei Vissote, et Villam Falconariorum in Vratislau, quam Judaei Joseph et Thalzkel habuerunt. Super addidi etiam Beato Vincentio mensam carnificii in Cozcomlot, quae mihi spectabat. Ne itaque quispiam praedictas Villas quas in Trebnitz dedi possit, evincere, omnes univi, et tempore bonae memoriae Cypriani Episcopi cum meis Baronibus ambivi et signis munivi, Tota autem Decima quae in ambitu totaliter continetur, ex integro est Beati Bartholomei, In quibusdam Villis ratione Sancti Petri Capellae, In quibusdam donatione Episcopi Cypriani, sicut in Malussino, Rassovo et in parte Brochocino, quia in Malussino dedit Decimam Cyprianus Episcopus Beato Bartholomeo B. Decano annuente, qui ipsam tenuit, De Rassovo autem et de parte Brochocino, idem dedit ibidem Decimam Magister Ottone cui spectabat, consentiente, et ei loco ipsius Decimae dedit Kovale et Villam Zocntosich, quae erant Bernardi praebendae, Bernhardus vero pro his duabus et pro medietate Villae Minich ab eodem Episcopo Zkorimice juxta Legnitz recepit. Sciant autem universi, quod forum quod quondam in Trebnitz fuit, Avus meus ad remedium animae

./.

./.

suae ad utilitatem Canonicorum transtulit in Zirguitz, quod longis temporum spaciis permansit, quod ego approbo. Verum quia necessarium est Beati Bartholomei Monasterio forum aliquantisper habere in Vicino, favore Domini Episcopi Cypriani, et omnium Canonicorum forum in Trebnitz, sine diminutione Zirguizensis census statui, et quia plebs perforum divisa minor est ad Singula, praesumo quod forum Trebnicense foro Canonicorum propter nimiam Vicinitatem detrimentum valeat irrogare, Quod ne fiat, Canonicis VII. marcis argenti, in Vratisl. thelonio, provenientibus diminutionis suspitionem resarcini, quod tam meo quam Episcopi Cypriani et omnium Canonicorum assensu firmatum est. Caeterum Monetarius in renovatione monetae ibi habeat jus sal vendendi tribus foris, sicut in aliis locis. Et sciendum quod Tabernas in foro Trebnizensi sitas, et Tabernam in Vratislau de Birvechnick dedi Conventui in Trebnitz. De singulis vero Vratislaviensibus Tabernis ad me spectantibus et de Uratrensibus dedi eidem conventui singulis septimanis XX. denarios

./.

./.
ad pisces. Item in itinere meo de toto circuitu, tenen=
tur Trebnizenses mihi duos currus et duos Custo=
des dare, praebeant more militari. Non judicentur
nisi a suo judice, sed si grandis emerserit causa,
coram me vel Castellano Vratislaviensi et ubicunque
judicentur, Claustro suo dent adjutorium, praeter
hoc quod Judici spectat, quod Treschne dicitur. Con=
tuli quoque Beatho Bartholomeo Villam nomine Koti=
vici cum hominibus, et cum omni quod illic circuivi.
De eodem etiam ambitu duos currus et duos Custo=
des habere debeo in transitu, et ipsi conductum
ducant more nobilium. Hujusquoque circuitus Deci=
mam dedit Dominus Episcopus Cyprianus Beato Bar=
tholomeo, consentiente Lamperto Canonico, cujus
praebendae pertinuit, data sibi commutatione
totius Villae Minich: cujus pars media specta=
bat praebendae Bernhardi, media vero Beato
Petro in Trebnitz, Dedi etiam Villo nomine Oro=
rovici, et ipse eam circuivi, Et cum modo pertine=
ret Decima parochiae Beatae Mariae in Legnitz
Cyprianus Episcopus ut eam in Trebnitz daret,
voluisset totidem aratris quot ibi erant commu=
tare; Clemens Plebanus illius Ecclesiae me preci=
bus evicit, ut cum Radack milite de villa
./.

./.
sua Chinino dans aliam sibi pro ea facere concam-
bium, et praefatum Chinino ubi propter recessum
hominum Clementis Decima penitus perierat homi-
nibus replerem, laudans hoc pacto cedere Decimae
de Ozorovich, et commutationi ablatae ab Episco-
po, quod priusquam feci ipse Clemens praefatae
Decimae penitus renunciavit. Episcopus vero Cypri-
anus factum nostrum approbans Decimam de
Ozorovich perpetualiter assignavit Conventui
Trebnizensi. Praeterea Dominus Cyprianus Epi-
scopus cum consensu Canonicorum contulit
congregationi Trebnizensi Decimas ad Zcinau
et ad Zcobno pertinentis, quam collationem
sigillo suo roboravit. Dominus etiam Papa
Innocentius III. privilegio suo hoc confirma-
vit. Similiter Dominus Heinricus Archi-Episco-
pus Gnezdensis. Sciant autem praesentes et futuri,
quod omnia saepedicto Claustro collata, et
Domino praestante in futurum conferenda.
Dominus Cyprianus Episcopus cum suorum collegio
Canonicorum in Octava Epiphaniae Ducatus mei
anno II. et Episcopatus sui etiam II. sancti-
monialibus in praelibatum locum introductis,
./.

caereis in terram jactis et extinctis sub poena districti Anathematis confirmavit. Venerabilis insuper Archi-Episcopus Gneznensis Dominus Heinricus proxime post haec in festo Beati Vincentii, casualiter super veniens Vratislaviam, memorati Episcopi confirmationem et anathema cum eo pariter coram omnibus Canonicis et multo populo in superiori choro Ecclesiae, accensis et extinctis Caereis nihilominus innovavit, Acta sunt haec Anno ab incarnatione Domini MCCIII. Procedente tempore Laurentio Episcopo existente, rogatu Sanctimonialium et multorum hominum inductus Consilio, et quia mihi ipsi Videbatur competentius, ut firmioribus et manifestioribus signis ambitus Trebnizensis terminaretur, illam sortem quae dicitur Soraw, quam prius, B. Decano pro parte Zülizlinch dederamus, et aliam partem de eadem Zülizlinch cum Decima quae ad rivulum qui dicitur Vischava remanserat, a memorato Episcopo cum consensu sui Capituli commutavi, dans Beato Bartholomeo usque ad praenominatum rivulum Vischavan, qui tunc villam Zülizlich praeterfluebat, nunc autem tam Trebnizensem circuitum quam reliquam partem Zülizlich disterminant. Beato vero Johanni pro hac dedi Villam conterminam Czirquitz, quae fuit Comitis /.

Andreae Ranyky. Sed de voluntate ipsius data beato Bar-
thomeo cum duabus filiabus fratris suis Vesulavi. Dedi
etiam ei Bozcechovo Zedlische, et prata circumiacentia.
Praeterea dedi eidem bonam partem terrae ad Zirguitzu,
que adagram quae dicitur Zucha, quae erat a Comite
Berone sub patre meo et ab Ozzada Zavon addita,
nec poterat requiri de jure. Praeterea pro duobus agris,
quos tempore Domini Cypriani Episcopi juxta Rozerovo
in errore pertransieramus, dedi sancto Johanni magnum
agrum meorum hominum Birzan juxta Zucham,
qui similiter ad Savon ablatus erat. Et addidi eidem
ad Gitzech meorum agozonum, quae dicitur Kosanovo
et agros meorum hortulanorum, et sortem mei
molendinay cum Molendino, et ultra Tabernam ali-
quod agros, Et Langultra Curiam Episcopi, inter Ode-
ram et Lacum ejus situm. Insuper contuli Dino
Laurentio Episcopo et hominibus ejus de Pitzech usum
querceti, tam in glande quam in lignis aridis sine
substantiali detrimento querceti. Et in propria
persona ad Pitzech circuivi. Dedi quoque ei Molen-
dinum juxta sanctum Petrum in Legnitz et in
Zrcobino duas homines Sdanum et Nozalam fra-
trem ejus cum pueris et Villa eorum. Insuper enim
Wilck et Henrico fratre ejus filiis Michaëlis Cambivi
Panglovo, cujus partem ad rivulum dedi Beato Bar-

/.

./.
tholomeo, Reliquam extra rivulum dedi Magistro Jacobo lapicidae. Et ipsis pro Panglovo dedi Domanicovo, quod dicitur Gorca in Provincia de Nenchi juxta villam eorum. Item apud Johannem Cantorem et fratres ejus Dominum Egidium et Petroonem militem, et Nicolaum nepotem eorum cambivi Benicovo dans Cantori Villam in Vidau, de qua deduxi meos hortulanos et Camerarios. Et Domino Egidio dedi Raprachovo a gratia, quod nullo jure requirere potuit, et hoc acceptavit pro parte sua et marcas argenti quinque addidi sibi. Villam vero quae dicitur Indrichovo, quam pater meus dederant Janisso filio Galli Capellano suo et post mortem ipsius et filii sui ego dederam Villam praedictam et Villae alterius juxta Lausitae Janissi partem filiabus ejus duabus, quae postmodum sanctimoniales factae, se ipsas et Villas Beato Bartholomaeo contulerunt: Rogatu et consensu Trebnizensis conventus dedi Petroani et Nicolao, pro parte haereditatis eorum. Postmodum Cambium cum domino Cypriano Episcopo inceptum, sed eo morte praevento, cum successore ejus Domino Laurentio Episcopo cum consensu Capituli sui feci de parte Villae Episcopi, quam Dobrogost habuit, dans ei partem hominum meorum Villae Zlaviconis, et fratrum suorum, quae est ultra
./.

./.

rivulum nomine chachea, et partem Villae Episcopi, quae est citra rivulum praenominatum, Dedi hominibus meis Zla-vicow, et fratribus ejus, et ipsos cum eadem Villa dedi Bea-to Bartholomaeo. Et idem pro Janickovo, quod tempore Cy-priam cambieram. Sed limitibus Trebnizensibus tempore Domini Laurentii Episcopi inclusi, cum consensu Capituli Vratislaviensi dedi Beato Johanni Villam nomine Uzcima-vo, quae est juxta Operovo, Et Domino Egidio de Urazro-gatu suo pro Decima de yancikovo, indulsi ponere Tabernam juxta Villam Operovo quam Beato Johanni contuli, pro anima patris mei et refectione anniversaria quam pro illo constitui. Item Paulo Canonico Vratisl. filio Johan-nis pro villa sua quae Paulovo dicitur, ad multiplices praeces ejus dedi partem Villae quae dicitur Mocressovo sitam inter Lessnich et Pilavam, Et sciendum quod Vil-larum, quas secunda circuitione ambivi Trebnizensi inclusi Dominus Laurentius Episcopus Decimas sic quae prius non spectabant cum Capituli sui consensu plenarii contulit. Sunt igitur totius ambitus Decimae tam a Domino Cypriano quam ab ejus successore Laurentio plenarie Beato Bartholomaeo Collatae. Ego vero cum eodem Domino Laurentio Episcopo et quibusdam Canonicis et cum meis Baronibus denuo circuiens ambitum Treb-nizense munivi signis, scilicet aggerum erectione et arborum signatione, sed cum haec signa mihi minus suf-

./.

%.

ficientia sint visa, ad majoris abundantiam Cautelae decrevi Lapides nominis mei literis insculptos juxta quosdam aggeres ponere, Sunt autem haec loca in quibus hi lapides suffossi sunt. Primus locus est ubi oritur rivulus qui vocatur Vischava qui dividit Trebnitz a reliqua parte Zubizlavich. Secundus inter Villam Episcopi quae dicitur Navoyovici et Rassovici Nichalovici. Tertius inter Opacovici et Rassovo et Navoyovic. Quartus vero ubi oritur rimulus Vesna, inter Opacovici et Brachacino. Quintus vero ubi oritur rimulus scilicet altera pars Vesnae quae findit Brochocino per medium, Sextus in ortu rivuli qui dicitur Ozzono, inter Machnici et Brochocino. Septimus inter Machnici et Panglovo et Brochocino Octavus vero ubi oritur rivulus, qui fluit per Panglou et idem disterminat, usque ad alium qui fluit per Villam Benicovo: Itemque est signum usque ad locum in quo Benicovo Petroovici Vangrinovo concurrunt, Nonus in yazuini inter Potroovici et Minici et Vangrinovo. Decimus in Via Urazensi inter Minici et Zuarocovici et Vangrinovo. Undecimus super rivulum qui dicitur Deschnica inter Vangrinovo et Drassovo et Zuaracovici et Kovale a Matchovo, Quartus decimus inter Britzovo et Domanovici et Paulovo super Zem-

%.

./.
nicam. Quintus decimus super Lupsam inter Schikovici et Brichovo. Sextus decimus super Junicam, qui rivulus est in signum donec cum intret alius qui dicitur Vischava. Item Vischava est in signum, donec cum intret alius qui dicitur Granzna. Item ipse Granzna est in signum usque ad ortum suum, Facta est autem haec ultima Circuitio Anno ab incarnatione Domini M. CC. XVIII. Ducatus mei Anno XVII. Episcopatus vero Domini Laurentii Ao. XI. Omnia itaque sic in Trebniz disposita et ordinata ad honorem DEI et Beatae Mariae semper Virginis Beatique Bartholomei Apostoli, Donavi sanctimonialibus Cistertiensis ordinis et fructus eis servientibus, usibus earum in perpetuum profutura: Et sciendum quod imo hunc sanctimonialium ordinem praelegi, quia cum triplicis ordinis in terra mea sint claustra, ad quae Virilis Sexus confugere poterat et potest, pro salute animarum Claustralis quietis refrigerium solummodo Sexui deerat muliebri. Sed modo in saepe memorato Claustro per Dei misericordiam fragilitas muliebris habere possit confugium pro suorum expiatione peccatorum. Rogo igitur Universos et firmiter interdico, ne quis unquam aliquem Monachorum ordinem in praedictum claustrium inducere praeter hunc sanctimonialium ordinem moliatur. Et quicunque
./.

./. secus fecerit, praecor DEUM omnipotentem et memorati loci patronos, ut quaecunque persona sit ille vel illa, plaga terribili et insanabili a planta pedis usque ad verticem feriatur. Rogavi et Dominum Papam Innocentium III. ut idipsum et omnia supra scripta sub horrendi Anathematis sententia confirmaret et Dominum Henricum Archiepiscopum poloniae et Cyprianum Vratislaviensem Episcopum et ita fecerunt.

822 252

In nomine Patris et filii et spiritus sancti Amen.
Cum ea quae ex largitione Principum DEO et sanctis
ejus offeruntur, Necessario sibi indiget remedio Scrip=
turarum subveniri, et Testium Adminiculo, Ut sint
gestarum rerum stabile et perpetuum firmamentum
Ego Henricus DEI et Beati Johannis, Patrisque mei
Boleslai Ducis gratia Slesiae Dux. In remissionem
Peccatorum meorum, et pro salutaribus incrementis
animarum Patris et Matris et omnium Proge=
nitorum meorum, omniumque Christi fidelium;
Ad honorem DEI sanctaeque Mariae Virginis:
Et Beati Bartholomei Apostoli, Meas duas
Villas Tucmansdorff et Hartlibsdorff nomina=
tas sic in Vulgari, in Castellatura Lewmbergen=
si, situatas, Cum Baronibus meis pro ut
mihi divina indidit Clementia, Uno ambitu
Circuivi: Et quicquid mei Dominii et Juris
fuit et est Villis eisdem, nihil excipiens:
./.

./.
Quod ad Ducatum spectabat, tam in spiritualibus, quam temporalibus, cum omnibus libertatibus et immunitatibus, Agris, Sylvis, Pratis, Montanis, lapidum Censibus, et Universis Servitiis Monasterio Trebnicensi, Quod per me est fundatum, Donavi, Dedi, et plenarie contuli, nomine perpetui Testamenti, Monialibus inibi Deo famulantibus, et fratribus eis servientibus: Ad Perpetuos Usus eorum valitura. Statuo etenim, ut singuli proventus cedant de jam dictis Villis et pertineant de infirmitorium, pro consolatione et refectione infirmarum Virginum Monialium in Trebnitia depressarum Variis periculis infirmitatum. Volo igitur, Ut Incolae Villarum Twzmansdorff, et Hartlibsdorff, non respondeant coram Castellano, nec debeant Citari. Neque teneantur ad aedificationem Castrorum, ab omni expeditione sint immunes. Nullus judex nec Castellanus Judicium habere debet in Villis memoratis: nisi Procuratores Ecclesiae Sancti Bartholomei de Trebnitka. Decerno et Universis meis successoribus injungo in aeternum firmiter observari, Ut Schulteti dictarum villarum duarum Scultetias et haereditates suas a Monasterio Trebnikensi suscipiant.
./.

/.

Et Abbatissa praefati Coenobii collationem earundem, cum
servitiis et collationibus Ecclesiarum, et Juspatronatus
super illus Ecclesiis, perpetuis temporibus obtinebit ab
omni exactione, Petitione Collecta sine auxilio a Duce
exempti, Petitione Collecta sine auxilio a Duce exem=
pti etiam a singulis Angariis, In quod Powoz, Narzas,
Przewód, Lessne, et omnia quae ab Angariis pertinent
debent cessare in perpetuum in eisdem Villis. Hospi=
tationes vel stationes Principum aut quorumcunque
ab iisdem villis removeo, Depono penitus ab omnino.
Sed pro sustentatione, refectione, consolatione
infirmarum sive infirmorum, ad infirmitorium
Trebnicensae integra et illi lata conserventur. Rogo
igitur et firmiter interdico universis Christi fide=
libus, nec quis unquam huic meae donationi ausu
temerario praesumat contrarie. Qui sexus fece=
rit: Exoro DEUM Omnipotentem Creatorem coeli
et terrae, Ut quaecunque Persona sit ille vel
illa, Patronis suffragantibus loci memorati, sem=
piternae indignationis favorem super se noverit
incitasse: Et in die novissimo cum Justis non
resurgant, sed cum Juda proditore pessimo et im=
piis, maledictis, portionem accipiat, et Damnatio=
ni perpetua aeternaliter confusi subjiciantur.

/.

./.

In testimonium sempiternum omnium praemissorum, praesentem Chartam scribi mandavi, sigilli mei munimine roboratam. Actum in Lewmberg: Sexto Calendas Augusti, Anno ab incarnatione Domini MCCXXIII. sub testimonio Domini Laurentii Episcopi Vratislaviensis; Domini Laurentii Lubucensis Episcopi. Domini Conradi Prutenorum Episcopi: Henrici de Legnitz, Crizani, Notariis meis, Jerozlai de Rutzezen, Przeldani de Glogovia. Stephani de Buchoni, Pribislai de Zandovel. Conradi de Crossen Castellanis meis. Boguslai Judicis, Jacobi Vexilliferi, Michaelis Agaze. Datum per Laurentium Canonicum Vratislaviensem Notarium Curiae nostrae.

828. 254

IN nomine Christi Amen. Noverint Universi, praesentes et futuri, Quod Ego Henricus DEI gratia Dux Selesiae, contuli Ecclesiae Beati Bartholomei in Trebnitz Villam, quae Lanke vocatur, cum omnibus suis pertinentiis, addens eidem lacum Meduad in provincia Croscensi, qui prius ad praedictam Villam non pertinebat; Praeterea Comes Prsibizlaus redemit Villam quae Zarnovo vocatur, quam frater suus Dvizeck filius Gozlavi, Domino Vituslao Decano Posnaniensi, vendiderat cujus mediam partem praedictae Ecclesiae dono dedit, pro reliqua vero parte commutationem recepit, scilicet Villam Johannis filii Martini in Pömdlvo. Utramque igitur tam Lanke quam Zarnovo, ego mei expensis locabo iure teutonicali, ex omni earundem utilitate, Quae in argento, in annona, in melle, in Lacubus provenit, Statuens duas solemnes refectiones, Unam in die Beati Bartholomei, Alteram in anniversario,

./.

./.

post decursum vitae meae. Quicquid autem expletis duabus refectiónibus superfuerit, hoc cedat ad vestitum Dominarum. Confero etiam Utilitatem Villae quae dicitur Aretraczdorff, ad vestitum Dominarum. Actum in Virdelou sexto mens Julii: Anno ab incarnatione Domini 1223. Sub Testimonio Domini Laurentii Vratislaviensis Episcopi: Domini Conradi Prutenorum Episcopi. Henrici de Legnitz. Nicolai Crizani notariis meis. Stephani de Chelim Jaroslai de Keren. Prezdlavi de glogou Stephani de Bitom, Przibislai de Landovel. Conradi de Crossen. Peregrini de Bardo. Castellanis. Boguslavi, Judicis Curiae, Pandigini Pincernae Misconis. Dapiferis. Nicolai, Agaze, Jacobi, Vexilliferis.

821. 255

In nomine Domini nostri Jhesu Christi Amen. Rerum gestarum praeteritarum Veritas ad memoriam posterorum non pervenit, quam scriptorum auctoritas non manifestat et ostendit. Hoc Ego Henricus Gratia Dei Zlesiae Dux cautius considerans scire volo tam praesentes quam posteros: Quod proinde cupiens commodis et Utilitatibus intendere Monialium in Monasterio Trebnicensi DEO famulantium, meae fundationis, Haec etiam defectibus ipsarum in Victualibus obviare. Et quia praeter forum eas sit permanere difficile, in quo sibi necessaria aliquando suis denariis pro restauratione meliori valeant comparare, forum vel oppidum ante fores Monasterii, de consilio Baronum meorum locare decrevi. In quo mercaturae vel mercimonia: Sal, Panni, Carnes, Cerevizia, Panes et omnia mercatura vel omnia venalia vendentur et ementur, ab omnibus ibi ad forum venientibus: Locavi ego

./.

./.

et disposui, forum ante oppidum Trebnicense per istam modum: Quod incipiendum palum incussi in rivulum in oppositum, directae, profundae Viae, quae Kuklinka nominatur, intendens ambitum facere Oppidi jam dicti: Et hoc primum signum et meta mee sit circuitionis: Et sic ultra gradiens in rivulo praedicto sursum usque ad fontem ex quo oritur rivulus praedictus, qui fons Cudlubka vocatur perexi. De fonte vero Cadlubka iterum modicum regrediens tendendo ad dextrum propter sortem bonorum Radconis, quem occupare volens transivi sursum relinquens sortem haereditatis Radconis ad sinistrum, et ira pergens usque ad iter, quod ducit de Vangrinovo ad Capellam Sancti Petri, et ibi quiescens secundum palum incussi, Deinde ulterius procedendo ad dextrum descendens circa finem fovearum profundarum usque ad terminos haereditatis Droschwo, et ibi stans incussi palum Tertium, ex hoc transivi directe tenendo limites haereditatis Droschovo ad sinistrum usque ad terminos et limites haereditatis Zanzirzovo ad sinistram usque ad Viam quae ducit de Mątschowo ad Capellam sancti Petri, et stando quintum palum incussi. Ab eo vero loco signato in via eadem deambulans usque

./.

./.

ad montana Lagoschii, ignibus hortulani residentes circa Capellam sancti Petri laborant pro humu=lo et ibi quiescens sextum palum incussi. Et ita ulterius procedens contra solem tenendo montana prae=dicta ad sinistrum usque ad limitem in qua Crux Boguchwali bonae memoriae stat erecta, et sic de cruce ea ad dextrum paululum descendi iterum ad Viam quae dicitur de Malzowo ad Capellam Sancti Petri. Et in eadem via modi=cum pergens usque Vineam Bogdani et Bogu=mil fratrum, et ibi stans septimum palum incussi. A quo signo descendens ad dextram circa fossatum Vineae jam dictae et circuivi Vineam, ut non molestarem fratres praescriptores, transiens iterum ad Viam jam saepius descriptam, per quam viam directe declinavi usque ad meum locum, ubi fossata dicti oppidi fodere decre=vi et ibi octavum palum incussi. Et ita ab eodem signo penes locum fossati faciendi or=biculatiter transiens iterum ad viam et non citra usque ad rivulum prius nominatum, in quem palum primum facti per me am=bitus incussi. Et circuitionem hanc per singu=

./.

/.

la signa circumquaque fosato non magno mandavi circumfodi
et limitari, ut quicquid in ambitu illo Utilitatis est, vel
in posteram DEO auxiliante accreverit claustro in aeternum
permanebit: Duo mansae Capellae prout ab antiquo sancti
Petri spectabunt, unus mansus liber et alter censualis ad
Advocatiam pertineat. Tres vero mansi pro areis et loco-
oppidi et pascuis cives obtinebunt. Quicquid autem citra
dictos septem mansos de agris per mensuram in ambitu
jam dicto per Procuratores Monasterii inventum fuerit,
hoc ad usum Monasterii prout melius fieri potuerit,
convertatur. Omnes exactiones, Collectas, Powoz, Przewod
Narzaz et omnia pertinentia ad Angarias eidem
Monasterio liberaliter assignamus, nomini Veri et per-
petui Testamenti. Nihil penitus juris neque dominii
ibidem ad Ducatum reservando. Collationem et Jus
Patronatus Capellae sancti Petri, Abbatissa obtinebit.
Volo igitur ut omnis pensio mercaturae usque ad minu-
tissimum quod est Gruvella et caepe, quod Targowe
dicitur pertineat ad Monasterium Trebnizense. De-
cerno et ordino, ut sal in dicto oppido a nemine
vendatur, nisi a Procuratoribus Ecclesiae sancti Bar-
tholomaei: quicunque sal adduxerit ibidem de quoque cur-
ru unum quarale Salis ad Monasterium praesentabit.
Similiter omnia macella carnium et scamna Panum
et sutorum, sartorum, fabrorum, et omnium Operario-
rum Utilitas cum collectae Podworowe dicta ratione

/.

decimae ab areis exiguendae ad Monasterium pertinebunt,
Nuntium etiam Coldrum dictum cum una Czeczina
libera de Cobelitz addidi Monasterio, qui in die fori edicta
Monasterii proclamare et homines ad praesentiam Judicii
trahere vel evocare in perpetuum teneatur. Et tergowe
custodit diligenter et recipiet et congregat omnes Uti-
litates in praescripto foro eos Monasterio fideliter
praesentando. Et quicunque ad forum annuale ibidem
adduxerit pannos, de quolibet panno dabit dimidium
scotum Tabernatores et quolibet plaustrata Cerevisiae
duos scotos argenti solvere tenebuntur. Statuo etenim
ut omnia Jura judicandi tam supremarum causarum
quam infirmarum super effusione sanguinis, super furta
et homicidiis nihil eorum excipiens quae pertinent
ad judicium, quemadmodum ad meum Ducatum spec-
tabant, ad Procuratores Ecclesiae sancti Bartholomei
Apostoli judicanda pertinebunt, nemine impediente,
injungo igitur Universis Christi fidelibus et firmi-
ter interdico, ne quispiam studio malignitatis huic
nostrae Donationi temere derogare moliatur. Qui
secus fecerit, indignationem Dei Omnipotentis et
Mariae matris ejus virginis illibatae, et omnium
sanctorum et Patronorum loci, noverint incursurum.
Et Majestatem sanctae Trinitatis et individuae Uni-
tatis, in die novissimi Judicii non intuetur. Sed

./.

cum Dathan et Abyron perpetuae damnationi includatur in aeternum. In hujus facti et gestae rei memoriam hanc paginam scribi mandavi sigilli mei munimine roboratam. Actum Trebnitz: intrando Majum primo die sub praesentia testium fidelium subscriptorum, quorum nomina haec sunt: Sobeslaus Comes de Crossen, Stephanus Castellanus de Glogow. Boguslaus Vratislaviae Castellanus. Radslaus de Bobslawitz Castellanus. Jawornis Judex meus Grzimislaus Conradi filius. Stephanus Castellanus de Nimtz. Gallus Thesaurarius meus. Przibotius frater ejus et alii quam plures probi viri et honesti. Datum per Laurentium Canonicum Ecclesiae Vratislaviensis. Ab incarnatione Domini Anno Millesimo CC. Vicesimo quarto.

Rerum gestarum Praeteritarum Veritas ad memoriam Posterorum non pervenit, quam scriptorum auctoritas non manifestat et ostendit. Hoc ego Henricus gratia DEI Dux Slesiae cautius considerans. Scire volo tam praesentes quam Posteros. Quod in introitu Filiae meae in Claustrum Trebnitz: Contuli Beato Bartho- lomeo ejusdem loci Patrono tres Damnisas mellis, et quinquaginta parvas plaustratas foeni quae mihi de Stante in Militz prius pertinebant: Dedi etiam Villam Lazi cum mellificibus meis Pristnice, pro qua dedi Bogumilo et fratri suo Mozconi duas sortes de- cimarum, et tertiam eorum qui dicuntur Naroshenici juxta Swinbrod. Receperunt etiam Villam in Dobra, quam Bogumilus Conkarkovec de licentia mea Clau- stro contulerat, Addidi quoque Growono cum melli- ficibus et decimis omnibus. Similiter Viezdel cum mellificibus, e pro quiamis tanta bet parte de Sessovo de- di Laurentio filio Stanislai Villam nomine Berice, et Villam hominum meorum Chechi, insuper accepta- vit Villam quam Charlavus me concedente Claustro

/.

./.
dederat. Praedictis autem mellificibus indulsi partem pensionis, solvet autem qui quatuor boves habet, VIII. Danzizas, et qui duos habet, quatuor. Istud vero mel cum melle de milizi cedat ad potum dominarum, et caera ad illuminandam Ecclesiam. Statuens ut perpetuo, nocte ac die caereus ante Altare Beati Bartholomei ardens nunquam deficiat. Has itaque omnes praedictas villas ego in persona mea sub uno ambitu circuivi, et certis signis limitavi, ut quicquid ex ambitu illarum est in praesenti, vel in posterum accreverit, claustro permaneat. Addidi etiam Tabernam in Vratislavia in fine pontis, et unam mensam ad macellum, ut saevum mihi claustrum recipiat, et in utroque tam in taberna quam Macello nullus aliquod jus habeat praeter claustrum. Omnia etiam jura quae hactenus Monetarii in Trebnik habuerint, tam inforo quam in Tabernis, penitus relaxavi, praeter quod in renovatione monetae, per tria fora monetarius solum vendat. Praeterea villam quae dicitur Domaviova, quam Petro filio Vogeslavi contuleram, amici sui post mortem ejusdem Sancto Bartholomeo contulerunt. Et ego Capellam in eadem Villa et Villas melitum, qui dicuntur Pogrodschi, et aliorum hominum Villas eidem Villae adjungens in propria Persona unum ex his Circuitum feci, Villam quoque Jandrovo, quam Domino Roudberto Capellano contuleram, Quia idem Rudbertus, pro quadam pecunia mihi
./.

/.

260

et Claustro obligatus descessit filio suo consentiente saepe dicto claustro contuli. Insuper dedi Molendinum super Vidavam juxta pontem Mikore et locavi propriis ex-pensis CL. mansos teutonicis juxta Kirstnice, ut Claustrum quinque pauperes procuret, in Victu et Vestitu. Ad hoc contuli Olobok forum cum villis et lacubus, et universis accidentiis, statuens ut de Annona, lacubus et mellae duae refectiones fiant, Una in die Beati Bartholomei, alia in anniversario, meo, ita quod in utraque abunde et honeste conventui serviatur. Census vero argenti earundem villarum totus in Vestitu congregationis expendatur. Adjunxi etiam Villam Hardtprestdorff nuncupatum, habentem quinquaginta mansos, cujus tota Utilitas similiter ad vestitum proveniat. Facta sunt haec Ao. Domini M.CC.XXIV.